



H

C

421

2

Gr. 19. num. 10.
PAULIRISI

J. C.

ANIMADVERSIONES.

A D

**CRIMINALEM IVRISPRVDENTIAM
PERTINENTES.**

DENVO PRODEVNT

CVR A

I. C. FISCHERI

IVXTA

EXEMPLAR MEDOLANENSE

P. 421
7kp 196



IENAE ET LIPSIAE CICIO CCLXX.

APVD I. C. FISCHERVUM

sed
nib
ant
ita
pro
ant
rum
tio
bell
dun
ac
alte
pra

PRAEFATIO.

Quid quid id est, quod scripsi, non nouitatis, cui plures irasci non nescio, sed humanitatis studio scripsi: immo vero nihil potius habui, quam ut jamdiu obrutas antiquitatis opes rursus eruerem. Quibus ita in scriptis, vti in numismatis antiquitas probatur, antiqua propono: quibus nouitas, antiqua pariter quasi noua: tamdiu latuerunt! Illud tantummodo semel, iterum, tertio te monitum esse volo, quisquis hunc libellum in manus sumis, vti ad eum legendum mentem anticipatis opinionibus vacuam, ac rebus meditandis assuetam afferas. Si in alterutro peccas, ne attingito. Plura me prefari vetat opusculi breuitas. Vale.

OPE-

OPERIS PARTITIO.

DE Probationibus ad capitalia iudicia ne-
cessariis.

De Pœnarum modo.

Quæstio ad Fori *competentiam* perti-
nens &c.

D

Conj

H

ad l
man
ue m
tate
latro
re n
nihil
Quo
vete
teriu
prop
fatiq
Id q

(
tur,

DE

ia ne-



5

DE PROBATIONIBVS

AD CAPITALIA IUDICIA NECESSARIIS.

Consuetudinis, ususque longævi non vilis au-
pertit- cloritas est. Verum non usque adeo sui
valitura momento, ut aut rationem
vincat, aut legem. L. 2. C. quæ
sit long. consuet.

ET si poenæ ab hominibus in homines constituta ad eos in officio continendos valde conducunt, tamen illud etiam atque etiam cauendum est, nequando nimis præcipitanter ad hujusmodi extrema remedia decurratur, quæ humano generi acerba perpetuo accidere necesse est, neque malum ipsum per poenarum constitutionem in Civitate creetur, quod est a Civitate auertendum: ut alii ciues latronum telis, alii judicium sententiis pereant. Quare nisi probationes luce clariores in medium afferantur, nihil est in quemquam asperius, aut durius statuendum. Quod sane, vti alia pleraque ad ius dicundum spectantia veteres illi Romani optime intellexerant, qui nemini alterius accusandi facultatem faciebant, nisi ea conditione proposita, vt quam quisque poenam alteri certaret, accusatione iudicibus minus probata, idem ipse committeret. Id quidem luculenter docent Romanæ leges (1); immo

A 3

eru-

(1) Si cui crimen obiicia- men subscriptio; quæres ad tur, præcedere debet in cri- id inuenta es, ne facile quis pro-

DE

eruditissimus Briffonius accusatorii libelli, et subscriptio-
nis verba describit (1). Ego vero non mihi id sumo, vt
disputem, accusatorine, an accusato an reliquis ciuibus
commodior esset ea accusandi conditio: mihi tantum
propositum est ostendere, quænam potissimum pro-
bationes in capitalibus judiciis admittendæ sint; quæ-
ue rejiciendæ.

Probationes autem generatim acceptae nihil aliud
sunt, quam legitimi actus, quibus admissum cri-
men probatur.

Atque hujusmodi probationes ab Jurisperitis in
plenas et semiplenas dividi solent.

Plena ea est, quæ tantam rei fidem conciliat, vt
nullum dubitandi locum relinquens sententiae legitime
ferendæ sufficiat.

Contra vero semiplena, licet argumentis, indicis-
que factum confirmare videatur, tamen argumenta,
atque indicia ipsa tanti non sunt, vt iis quis acquies-
cens extremum supplicium decernere jure possit (2).

*profiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi ac-
cusationem non futuram.*
L. 7. ff. de accus. et in-
script. et L. 17. C. eod. tit.
sic habetur. Accusationis
Ordinem jamdudum legi-
bus institutum seruari jube-
mus: vt quicumque in dis-
crimen capit is accerstur,
non statim reus, qui accu-
sari potuit, aestimetur:
ne subiectam innocentiam
feriamus. Sed quisquis il-
le est, qui crimen inten-
dit, in judicium veniat,
nomis rei indicet, vincu-

lum inscriptionis arripiat,
custodiae similitudinem (ba-
bita tamen dignitatis ae-
stimatione) patiatur: nec
impunitam fore nouerit li-
centiam mentiendi, cum
calumniantes ad vindictam
poscat similitudo supplicii.

(2) Igitur ego ille ad-
versum te in rationibus
publicis adsidio. Si te in-
juste interpellanero, et vi-
elus exinde apparuero, ea-
dem paena, quam in te
vindicare pulsau, me con-
stringo partibus tuis es-
se damnandum, atque su-
bitu-

AD CAPITALIA JUDICIA etc. 7

At vero non conuenit inter Jurisperitos quaenam sint plenae, quaeque semiplenae probationes; ex quo factum est, ut criminalis jurisprudentia incertis, atque obscuris principiis niteretur, majorine Ciuitatum incommodo, an flagitio non ausim statuere, quum ea non modo de ciuium fortunis, sed etiam de existimatione, ac vita decernat. Quare immane peccatum ii Legislatores peccasse mihi videntur, qui vtriusque probationis discriminem statuendum judicium sapientiae, ac fidei commiserunt (1); quasi vero non plures ubique inscitissimi, atque adeo iniquissimi iudices numerentur.

Plura quidem hac super re, et praegrandia voluntaria sunt vulgata; sed quae ad peculiares probationum classes enumerandas, multiplicesque, ac varias hypotheses configendas peruerse, ac praepostere delapsa nulla certa principia vniuersim statuerint, neque porro docuerint, qua ratione ea essent principia adhibenda, quae statuissent: ut siqua quaestio paulo impeditior occurrat neque cuiusquam earum simillima, quarum ab Iurisperitis mentio facta est, expediri vix possit.

Quare hanc Iurisprudentiae Criminalis lacunam vt expleam, duo probationum genera, CONFES- SIONEM scilicet, ac TESTES, quarum vtraque plena a plerisque Iurisperitis praedicatur, exentienda suscipiam, ac docere conabor eas ex se tan- tum spectatas, atque ab omni alia probatione iner- mes, et nudas tanti faciendas non esse, ut iudex ad quemquam rei capitalis damnandum iis adduci que- at. Antequam vero memoratas probationes exequiam,

A 4

neces-

biturum. Et pro rei to- puli Romani verbis. Lib. 5.
tius firmitate manu pro- fol. mibi 469.
pria firmo, et bonorum (1) Vide Vocabular.
virorum judicio roboran- vtriusque juris Philip. Vi-
dum trado. BRISSON, de cat voce PROBATIO.
formul, et solennibus. Po-

8 DE PROBATIONIBVS

necessario quaerendum videtur, quid sit *delictum* generatim acceptum, ut perspicue hinc appareat. quibusnam probationibus quis reus legitime fiat.

Delictum est factum sponte dolo, vel culpa admissum (1), quo ius alterius (2) laeditur.

Ac *delictum* quidem factum esse oportet. Licet enim humanae leges ad voluntatis actus, non tantum ad *mechanicos*, ut vocant, in hominibus plectendos sint comparatae, tamen ipsos voluntatis actus non plectunt, nisi extra voluntatem prodierint, ac foras eruperint (3); Qui si in mente tantum, animoque consistant, neque usquam excurrant, unico iudice, et Vindice Deo utuntur. Atque ita intelligendum est quod Lex 18. in Digestis praescribit, *neminem* videlicet *cognitionis poenam perpetui* (4).

Iam vero quo ad probationes multum interest, an *delictum* aliquod vestigium impressum (5) relinquat, nec ne. Si primum, *Facti permanentis*, si alterum *Facti transiuntis* *delictum* solet appellari (6).

Facti

(1) *Vide l. 5. ff. de paenitentia, et l. 3. ff. de Testibus.*

(2) *Coccejus Dissertat. Proem. ad Grotium de J. B. et P. 12. lib. 5. Cap. 5. §. 513.*

(3) *Hoc jus tam priuatissimum, quam publicum spectat; etenim et si newini damnum datum sit, immo, licet priuatis injuria illata non sit, si tamen prohibente lege aliquid committitur, hoc quoque delictum reparari debet, quia Superioris ius violatur, adeoque ei sit iniuria. Coccejus Dissert. 12. Cap. 5 §§ 45.*

(4) *Nemo enim ignorat etiam consilium alicuius facinoris perpetrandi cum aliis agitari coepit, vel externo ad id exequendum apparatu proditum, licet effectu caruerit, a legum animaduersione baudquam esse exemptum. Carmichael ad Puffend. de Off. hom. et Civ. lib. 2. cap. 13. §. 11. n. 1.*

(5) *Vide Grot. de J. B. et P. lib. 2. cap. 20. §. 18. et Puffend. de Off. hom. et Civ. lib. 2. cap. 13. §. 11.*

(6) *Ab Jurisperitis Cor pus delicti appellatur.*

AD CAPITALIA IUDICIA etc. 9

Facti permanentis delictum ita nuncupatur, propterea quod relictis sui vestigiis factum designat. vt *homicidium, furtum cum fractura, stuprum etc.*

Delictum vero *Facti transiuntis* illud nominant, quod nullum vestigium prodit, veluti *simplex furtum, adulterium iniuriae verbales etc.*

Hoc igitur probe constituto, quid scilicet sit delictum (de quo fusus egi in Criminalis Iurisprudentiae Elementis, quae in lucem quamprimum emitta) ad probationes examinandas descendam, ac ostendam.

I. Solam confessionem sine *corpore delicti* nihil probare.

II. Confessionem cum *corpore delicti* coniunctam non sufficere plenae probationi efficiendae, qua capitale supplicium iure decerni poslit.

III. Confessionem, vt satis sit ad reum legitime declarandum, non modo cum *corpore delicti* coniunctam esse debere; verum etiam aliqua alia probatione, vel clarissimis indiciis esse muniendam.

Deinde de Testibus verba faciens, quaeram.

I. Quinam sint Testes legibus reiecti.

II. Quotnam esse debeant.

III. Quam sit necessarium eorum iusiurandum; eademque opera planum faciam in quolibet facto, dummodo legitime constet de *corpore delicti*, legitimum, et iuratum duorum Testium testimonium, qui etiam coram reo asserant, et confirmant *habita confrontatione* (1) se eum delictum perpetrantem vidisse, probationem plenam, legitimam, et sufficientem capitali sententiae adversus reum ipsum pronunciandae confidere.

A 5

DE

(1) *Collatio quam Vul-* opus fuerit, fieri debet.
gus confrontationem vocat, (1) Bochmer. Sect. 1.
Collatio, sive confrontatio cap. 2. de natura, et in-
non tam cum reo, quam dole delictorum §. 34.
cum Testibus inter se, ubi

im ge-
t. qui-
pa ad-
Licet
n tan-
lecten-
aetus
nt, ac
animos-
iudi-
lligen-
nemi-
est, an
inquit,
alterum

Facti

ignorat
nlicitus
di cum
m, vel
uendum
, licet
s legum
udqua-
n. Car-
de Off.
cap. 13.

de J. B.
. §. 18.
hom. et
§. 11.
tis Cor-
tur.

I.
DE CONFESSIONE.

Nisi vehementer fallor, sola Rei (1) confessio in criminalibus iudicis vix est attendenda: imprimis enim in causis ciuilibus Actori incumbit onus actionis suae probandae (2): quin igitur et in criminalibus accusatori incumbat onus accusationis suae probandae? An se ipsum reus accusabit? an sui criminis, e. g. homicidii indicia proferet? an gladium cruentum ostendet? an testes edet? an arborem infeliciem sibimet figet, manibusque ipsius suis collum in laqueum inseret? (3) Quanam lege iubentur homines in perniciem suam incurrire, atque in interium irruere voluntarium? immo vero, nisi plane obsurdescant, clarissima ipsius naturae voce admoniti salutis suae curam abiicere nequeunt; cui naturae voici consonat legum vox vetantium quemquam in re sua testimonium dicere (4) Quid? vique adeone omnia infesta hominibus, atque infensa erunt, vt non nisi testimonium contra se dicentibus fides ab iudicibus habeatur? quaenam est isthaec, malum! hominum perdendorum libido, vt ii tantum audiantur, qui testimonio se suo accusant, atque arguunt non qui defendant, ac purgant? diutius immoror, quam par

(1) Si tamen reus is
merito dici possit, in quem
sola delicti suspicio cadit,
aut qui explorandae veri-
tatis tantum gratia in iu-
dicium vocatur.

(2) Et incumbit proba-
tio, qui dicit, non qui ne-
get. L. 2., et 6. ff. de pro-
bat.

(3) Non extat in lege
hoc praeceptum; tu fur
patrato furto ad patibu-

lum vltro ambula, sed hoc
extat; tu Magistratus fu-
rem conuictum suspendi
curato. Puffendorf de J.
N. et G. lib. 8. cap. 3.
§. 4.

(4) Nullus idoneus Te-
stis in re sua intelligitur
L. 10. ff. de Test. II. Omni-
bus in re propria dicendi
testimonii facultatem iura
submouerunt. L. 10. C. de
Test. 2.

AD CAPITALIA IUDICIA &c. II

par est, in re minime necessaria confirmando, videlicet neminem sola confessione sua iugulari oportere.

Erunt fortasse, qui dicent iudicem posse Rei confessioni acquiescere, atque ad capitalem sententiam in ipsum ferendam descendere: neque enim quisquam sui ipsius calumniator extremum malum sibi accersere, atque attrahere velle putandus est, qui quidem homines, dum ita disputant, non satis intelligunt, quid in reum confidentem iudici liceat, Scilicet illi querenti de crimen Rei confessio quedam veluti fax praelucet, qua crimen ipsum facilius deprehendat, ac plenius, cumulatusque conuincat. Neque vero ratio prohibet, & Rei testimonio in questione criminali (1) vti, & aliorum testimonium confirmare; illud vero haud scio, an ratio aequitas, humanitasque concedant, vt sola Rei confessio aduersus reum ipsum excipiat, eique perdendo sufficiat.

Quo vehementius mirandum est homines nihil non expertos esse, ac tentasse, ignitas laminas, accensos carbones, feruentes aquas, carentes tauros, singularia certamina; atque alia id genus sexcenta, vt reos quacumque possent ope explorarent (2). ille quidem in humanitatis astus praefericibus ingenii paulo magis familiari Philosophiae consuetudine, ac temporum ipsorum lenitate mollitis deferbuit, ac refixit; sed anteactae barbarie reliquiae in questionis (3) vsu adhuc supersunt, in qua ad criminis confessionem ex reo eliciendam, vel potius extorquendam exquisita tormenta adhibentur.

Non sum nescius questionis, tormentorumque patronos a diuina usque lege eorum, caput, arcere soli-

(1) *Quaestio criminalis vulgo Processus.* 38., et *Cocceium Dissertatis vulgo Processus.* proem. ad Grot. 12. lib. 6.

(2) Vide *Gerium in libro inscripto: Tribunal reformatum etc.* Cap. 4. §. 686., et sequent. (3) *Quaestio, quam vulgariter Muratori Dissertat.*

effatio in
a: im-
incum-
tetur et
lationis
an sui
ladium
em in-
collum
ur ho-
n inter-
ane ob-
demoniti
naturae
in re
adeone
vt non
iudici-
homini-
diantur,
nt non
, quam
par
sed hoc
atus fu-
suspensi
rf de J.
cap. 3.

neus Te-
elligitur
1. Omni-
dicendi
tem iura
o. C. de

12 DE PROBATIONIBVS

solitos, originemque repetere (1), qui ea ab aquæ amaræ vsu profecta dicant, quam mulieres in adulterii suspicionem adductæ bibere cogeabantur (2). Sed ut omittam eam probationem, in adulterii criminе vix locum habuisse; ex aquæ nihil mali mulieri falso accusatæ afferebant; quod ex posterioribus verbis perspicue appetet: *quod si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos* (3); immo interpres addunt innoxiam mulierem eo exprimento venustorem, robustioremque fieri solitam (4); quod in quæstionis vsu non accidit, in quo innocentis conditio Rei conditione deterior est (5). Accedit, quod periculi amaris aquis facti certus exitus erat

(1) *Vouglans institut. au droit criminel part. 6. chapt. 4. §. 3.*

(2) *Quas cum hiberit, si polluta est, et contemptu viro adulterii rea, pertrahibunt eam aquæ maleditionis; et inflato ventre computrescit femur: eritque mulier in melationem omni populo, Bibl. Sacr. lib. Num. cap. 3-*

(3) *Ibidem.*

(4) *Vide CALMET.*

(5) *Cum quaeritur, vrum vir sit nocens, cruciatur, et iunocens luit prædicto scelere certissimas paenas; non quia illud commisso detegitur, sed quia non commisso nescitur; ac per hoc IGNORANTIA IUDICIS PLERVMQVE EST*

CALAMITAS INNOCENTIS, et quod est intolerabilius, magisque plangendum, rigandumque, si fieri potest, fontibus lacrymarum, cum propterea iudex torqueat accusatum. ne occidat, nec sciens, innocentem, sit per ignorantiae miseriam, vt et tortum, et innocentem occidat, quem, ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum istorum sapientiam, delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa tormenta suffinere quod non commisit, commisso se dicir. Quod damnato, & occiso, vrum nocentem, an innocentem iudex occiderit, adhuc nescit &c. D. AVGUSTIN. de Civ. Dei cap. 8. lib. 19.

AC CAPITALIA IUDICIA &c. 13

erat præsentissimo Diuini ipsius Legislatoris numine cœlitus approbante, atque assentiente: contra vero periculi tormentis facti omnino incertus, vt pote qui ab humana tantum libidine, ac vi pendeat. Quare plerumque fit, vt qui quæstioni subiiciuntur vel factum diffiteantur, vel confiteantur infectum, qui tamen siue facti, siue infecti æquales dant poenas.

Qua quidem in re ab instituto nostro alienum non erit Romanos Iurisperitos consulere, qui grauissimis adducti rationum momentis sic sibi persuaserant immanissimum crniacatum ad veritatem in apertum proferendam nihil valere; ac propterea quadam ratione improbarunt. En ipsa Vlpiani verba: *Quæstioni fidem non semper, nec tamen numquam habendam constitutionibus declaratur: etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique patientia, siue duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tanta sunt impatientia, ut in quovis mentiri, quam pati tormenta velint. Ita fit, ut etiam vario modo faciantur, ut non tantum se, verum etiam alios commimentur* (1).

Quod vero Romanî quæstionem in seruos initio usurpaverint, tantum abest, vt eam reliquis populis commendare videantur, ut imino multo magis odiosam, ac detestabilem faciant. Nemo enim ignorat, quam inhumaniter cum seruis agerent, qui eos ex hominum choro veluti electos infra brutorum animalium conditionem pene depressoient: qui ipsi si recognouissent eius consuetudinis aequitatem, atque utilitatem, ad id hominum genus non contraxissent inspiciosissimis praesertim Reipublicae temporibus aliis super alia incidentibus. Neque vero illud prætermittendum, Romanos tam crebro tormentis vfos non esse, quam complures Europaci populi vtuntur

(1) L. 1. §. 23. ff. de quæstion.

aqua
adul-
(2).
crimi-
aulieri
s ver-
uerit,
erpre-
venu-
mod in
ocentis
Acce-
exitus
erat

IN-
quod
igisque
ndum-
fonti-
cum
rqueat
lat, ne-
fit per
m, vt
centem
inno-
serat.
iflorum
it ex
quam
a fusili-
missit,
Quo
vrum
centem
puc nef-
TIN. de

19.

14 DE PROBATIONIBVS

tur (1); qui usus et apud nos iamdiu increbuit, ut propterea eum vituperare qui ausit Magistratibus obrectare non nemini videatur. Sed immane, quantum meum ab eorum iudicio discrepet. Ego contra fac existimo Magistratus omnes nihil malle, quam, si quid viti in Rempublicam gerendam errore hominum, quod necesse est, aut temporum barbarie furtim irrepserit, ac longius, et latius serpat, de eo palam, ac libere admoneri, vt ad id opprimendum vehementius excitentur; neque unquam probauit eorum sententiam, qui se multum honoris Magistratibus deferre putant, si eos indociles esse senserint. Itaque nihil me publicæ auctoritatis obseruantius ingenuæ præ me fero; sed non is ego sum, qui obseruantiam cum assentatione, aut pusillanimitate confundam, quique Reipublicæ Moderatoribus hanc iniuriam faciam, ut suspicer veritatem non minus iis, quam plebeculae, ac popello odiosam fore, vel eos id sibi tribuere, vt se positos extra commune errandi discrimen existiment. Neque vero possum Critico cuidam celeberrimo (2) non assentiri, qui de Io-

anis

(1) Romani nusquam legum corpore nullibi legi-
comperiuntur tormentis usi, tur tortus reus, qui causam dicens in contradic-
nullius criminis sociorum tionem fortuito incideret.
infamiam ut purgarent, at- Denique non feruntur Ro-
que ex eo, qui de unico fur- mani et reos, testes questioni subiecisse tam futilibus,
to confessus esset, aliorum, tamque inquis de caussis,
siqua praeterea, fecisset quales in foro bodie praetenduntur non iuris praescriptis, sed iuris, et praesertim criminalis consul-
confessionem exprimerent: torum, qui hac de re scrip-
numquam commemorantur serunt, libidini innixa.
in accusatos tam atrociter
faeuuisse, vt criminis indi-
cia expurgarent: non per-
hibentur huicmodi crucia-
tum adhibuisse, vt responsa
ad iudicibus reddere cogerent: in toto Romanarum

(2) BAYLE edition. Crit.

anis GREVII opere (1) verba faciens in hanc senten-
 tiam scribit: « Vbique terrarum recepta est quæ-
 stionis consuetudo; sed Reges eam probantes, at-
 que in capitalibus causis non ultimum locum tene-
 re iubentes ciuibus necessitatem non inferunt de ea
 recte sentiendi. Quare numquam, ac nusquam non
 extiterunt Philosophi, qui de eius incommodis li-
 bere disputatione, inter quos numerandus est GRE-
 VIVS, cuius extat ea de re tractatus lectu dignissi-
 mus; ex quo intelligi potest, quam inique faciant
 litigiosi nonnulli, perpugnacesque disputatores, qui ad
 uersarios suos vexare, atque exagitare non deile-
 nunt ea causa prætexta, quod non omnem patriam
 consuetudinem, vel politiam temere comprobent.
 Cives quidem Magistratibus obtemperare necesse
 est, sed non ita, vt existimant sibi propterea im-
 positum onus credendi eos quidquid faciant opti-
 me facere, neque vñquam melioribus consiliis de-
 teriora preferre. Immo vero qua decet reueren-
 tia scribere licet, & siquid vitii in Ciuitatis forma-
 insederit, aperte docere, vt ad id corrigendum
 Principes adducantur (2).

Ego

(1) Tribunal reforma-

tum &c.

(2) Il n'y a guère de
 païs au monde où la que-
 stion ne soit en usage. Mais
 il faut bien remarquer que
 les souverains qui l'auto-
 risent, & qui ordonnent
 même qu'elle fasse une par-
 tie notable de la pratique
 criminelle, n'imposent pas
 aux particuliers la nécessité
 de croire qu'elle soit injuste. Il

s'est trouvé de tous tems,
 & en tout païs plusieurs
 Savans hommes, qui se sont
 donné la liberté d'en re-
 présenter les abus, & les
 injustices. Notre GREVIVS
 est de ceux là. Son traité
 mérite à être lu. Ceci doit
 apprendre à certains es-
 prits persécuteurs, que c'
 est sans raison qu'ils
 harcèlent leurs ennemis
 sous prétexte qu'on n'ap-
 preu-

Ego quidem saepius imperitos quosdam audiui quæstionis usum ita propugnantes, vt id mali æque ac bellum necessarium esse contenderent, quod non voluntate, sed necessitate suscipitur. Addebat præterea ea consuetudine obsoleta reos deprehendi non posse, neque ciuilium societatum tranquillitatem seruari; ac futurum, vt plures nonnisi tormento coacti sua crimina fateantur, ac propterea grauissimæ res, bonoque publico utilissimæ delitescant. Sed tormenti patronis facilis est & expedita responsio. Illud enim vere mihi videor esse dicturus ius fasque esse, se aduersus armatum hostem defendere; sed nefas cum tormentis subiicere, qui reus factus non est, quique saepe innocens esse potest; bellum vero unicam esse viam, vt quis se contra eum tueatur, qui simul & bona, & libertatem, & vitam eripere conetur; quæstionis autem usum solam non esse rationem, qua veritas ex hominum ore exprimatur (1). Ita diuinæ, humanæque leges, populorum omnium consensus, & sapientissimi quique Auctores in bello

defen-

prouve pas, ou tous les usages de son païs, ou tous les principes de ceux qui gouvernent. La soumission des Sujets demande bien que l'on obéisse aux Magistrats, mais non pas qu'on croie qu'ils agissent toujuors justement, & qu'entre deux usages ils n'aient choisi quelque fois le pire. Il est même permis d'écrire pour représenter respectueusement les abus, afin de porter le Souverain à les réformer. Bayle Dicit Ctiq. voc Grevius.

(1) La question est plu-

tôt l'épreuve de la patience, que de la vérité. Ceux qui céderont à ses douleurs cacheront également la vérité. Pourquoi la douleur feroit-elle plutôt dire ce qui est, que ce qui n'est pas Si l'on croit que l'innocent est assez patient pour supporter les tourments; pourquoi le coupable qui n'a que ce moyen de sauver sa vie le sera-t-il moins? pour ne pas faire perir un malheureux innocent, on fait pire que de lui faire souffrir la mort....

defensivo permittendo convenient; contra vero probati Scriptores nulli numerantur qui tormentorum usum confirmant. Neque quicquam ab huiusmodi consuetudinis intermissione Ciuitatum quieti pertimescendum. Hebrei enim, qui a Deo ipso leges omnes acceperant, quae ad sui incolumentem conducere poterant, immanem huiusmodi cruciatum in reos quam adhibuerunt: Anglia vero (1); Suecia (2); Borussia (3) et Geneua (4); penes quas quaestio obsoleuit, non minus quam alia Regna florentia, beataque numerantur.

His, vt opinor, exemplis planum fit inanem esse illorum metum, qui quaestione sublara, atque atrociora crimina eruptura arbitrantur; ad illud etiam animaduertere iuuat ne capitibus quidem poenam leuioribus quoque criminibus constitutam ad ciues a grauioribus deterendos illustri seueritatis exemplo, satis fraeni iis iniicere. ne in eadem, et multo etiam grauissima crimina ruant. Id quidem publica quies efflagitat. vt impunes ne abeant quotquot quo-

B

quo

Charron. Analyse raisonnée de la sagesse char. pit.

tablir, ou d'abroger, les Loix.

(1) Chambers Dizion delle arti ec. voc. Tortura. Bielfeld insti. polit. chap. 4. §. 34.

(4) La Justice criminelle s'exerce avec plus d'exac-
titude, que de rigueur. La question déjà abolie dans plusieurs états, & qui de-
vroit l'être partout comme une cruauté inutile, est pro-
scrite à Genève; on ne la donne qu'à des criminels déjà condamnés à mort, pour decouvrir leurs com-
plices, s'il est nécessaire. D'Alembert melanges de litterature &c. tom. 2. du gouvernement de Genève.

(2) Otton. Tabor. tom. 2. de tort., & indic. delict. §. 18. 1.

(3) Il y a bult ans que la question est abolie en Prusse, on est sur de ne point confondre l'innocent, & le coupable, & la injustice ne s'en fait moins. L'auteur de la Dissertation sur les raisons d'e-

audiui
i æque
od non
nt præ-
ndi non
em ser-
coasti
æ res,
ormen-
Illud
ne esse,
d nefas
on est,
ero uni-
ur, qui
e conne-
e ratio-
tur (1).
omnium
in bello
defen-
la pati-
verité.
t à ses
t égale-
ourquoi
elle plâ-
que ce
on croit
assez pa-
rter les
quoi le
à que ce
sa vie le
pour ne
n malhe-
fait pire
souffrir



quo modo eam perturbant, ac miscent: at legum acerbitas humanitatis condimentis est mitiganda, neque committendum, ut poenae potius cupiditate male priuatis hominibus faciendi, quam necessitate ca-vendi, consulendique Reipublicae impositae vide-antur (1). Quorsum enim informia ea extremorum suppliciorum spectacula pertinent, nisi, vt in plerisque miserationem, in nonnullis curiositatem etiam excitent; immo etiam inhumanitatem inspi-rent, quod est a sapientibus viris bene multis acute animaduersum: nam terror, si quis vllis spectatori-bus incesserit, fluxus est, ac tamdiu in animis insi-det, quamdiu spectaculum ipsum oculis obueratur. Quod si quotquot leuiorum criminum reos grauiter puniunt inhumanitatis notam vix effugiunt. ut prop-terea Draco quas Atheniensibus leges descriperat san-guine exarasse perhibeatur, quanto inhumanius ii-audent, qui innocentes saepenumero torqueant.

Facile quidem assentior aliquem reum aliquando impunem ex iudicio euasurum, nisi tormenta adhi-beantur. At, amabo, certissime huic malo tor-men-tis occurritur? Quot inconfessi eorum vim per-tulerunt! Nonne multo Reipublicae praefstat noc-en-tem impunem dimittere, quam innocentem punire? Nocens enim ad officium redire tamdiu potest, quam-diui saluus, et incolmis est. Quod si innocens pe-reat; quod attenta tormentorum iudeole, hominum-que natura saepe vsuuenire necesse est, quam in-sanabilis plaga Reipublicae imponitur, abs qua in-corrupta, atque integra, adeoque utilia membra per-summam iniuriam abstrahuntur. (2).

Neque vero is ego sum, ut quaestioiem e foro perpetuo eiectam, atque exclusam velim, neque possum non probare Antonii Matthaei opinionem, qui tamet-

(1) *Nihil est tam defor-mne, quam ad summum im-perium acerbitatem natura adiungere.* Cicero ad Quint.

*Fratrem epist. prim.
(2) Exempla commemo-rat Grevius.*

tametsi in egregio suo de criminibus Commentario eius
 fautores neruose confutet, nihilominus eam permittit
 in causis laesae Maiestatis atque atrociorum id genus
 criminum, quorum valde credibile est multis con-
 scios et participes esse. Cum enim huiusmodi ma-
 la publicae felicitati maxime aduersentur, in corum
 curatione ne extrema quidem remedia videntur re-
 pudianda; sed illud etiam, atque etiam cautum per-
 velim, ne infinita iis vtendi licentia sine vlla ex-
 ceptione iudicibus detur, qui ad innocentium perni-
 ciem ea abuti facile possent; Itaque, si me quidem
 Reges audire vellent, toties vel ipsi per se, vel per
 suum Consilium iudicibus questionis vsum concede-
 rent, quoties huiusmodi crimina deferrentur; Ne-
 que enim nisi confessio, aut conuictio reo concede-
 rent; quorum vtrumque si facerent, aequissime fa-
 cerent, qui neque innocentiam perderent nimia au-
 thoritate iudicibus indulta, neque dura proprii crimi-
 nis fatendi necessitate reis imposita iustitiam viola-
 rent.

Atque ex altero quidem illud manifesto consegu-
 tur quaestioni locum esse non oportere, nisi vbi
 criminatio tam legitime probata iudicibus sit, vt ad
 sententiam ferendam iure descendi possit; nam in-
 dicia accusati innocentiam suspectam reddentia ego
 quidem tanti non facerem, vt accusatum ipsum qua-
 estioni subiicere fas esse arbitrarer. Quemadmodum
 enim commemoratus Matthaeus animaduertit, satis
 est ea in hypothesi ab instantia, non a crimine ab-
 soluere, illud ad vsum reuocando, quod apud Ro-
 manos in more positum erat, qui in huiusmodi hy-
 pothesibus, vt legitur apud Brissonium, causam am-
 pliare solebant, vtritum illud verbum AMPLIVS,
 vel NON LIQVET pronunciantes (1); Ita enim

B 2

ne-

(2) Non semper autem uebant. Nam si ex rei par-
 condemnabant, aut absoluente satis acta causa non vi-
 de-

neque innocens iniuste damnabitur, neque reus absoluetur; nouis enim inuentis probationibus processus in accusatum rursus poterit instaurari.

Sed praetermissa quaestio[n]is v[er]su, quem plures Philosophi oppido cordati iamdiu vehementer exigitant (1), quemque propterea sin omnino abrogatum, saltem parcus, arque aequius usurpatum omnes boni videre cupiunt, et mea quidem sententia quamprimum videbunt, hac dominante aequitate opinionum, morumque humanitate, ad confessionem, abs qua digressi sumus, regrediamur.

Itaque proculdubio sola criminis confessio quantumlibet voluntaria numquam sufficit ad crimen ita probandum, ut ea tantum spectata capitalis sententia ferri possit (2). Nam, quemadmodum egregie animaduertit Samuel co cceivs iu in dissertatione ad Grotium (3), confessio facere non potest vti delictum sit, vbi non est (4). Quare si desit certum

deli-

debatur, vel ad summam sian. proscribenda.
rei existimationem iudicium Grevi. Tribunal. resor-
pertinebat, vt moram ad mat. &c.
condemnandum indices ad-
quirerent, spatiisque ad se Voet ad pandectas tit. 18.
colligendum darent, AM- de quest.
PLIVS pronuntiabunt, vel Libellum -- Dei Delitti, e
NONL QVET. Ita Briffo- delle Pene.
nius de formul. & solem.
lib. 5.

(1) Vide D. Augustin.
de Civ. Dei lib. 19. cap. 6.
& cum eo Ludov Vives

Charron de la Sagesse
liv. 2. chap. 37

Michel Montagne Essai
livr. 2. chap. 5.

Martin Bernbardi dis-
put. de tortura e foris Chri-

(1) Dissertat. proem. 2.
lib. 6. cap. 4. §. 685. n. n., &
cum eo Carpzov.

(4) Non omnimodo con-
fessus condemnari debet rei
nomine, que an in rerum
natura esset, incertum sit.
L. 8. ff. de Confess.

AD CAPITALIA IUDICIA etc. 21

delicti corpus, aliqua indicia, et probationes in oculis praesertim criminibus, ea non modo capitali sententiae, sed ne quaestioni quidem constituendae sufficiet (1). Et sane, cum poenae factis propositae sint, nemini vni iure imponi possunt, nisi facta liquidio fuerint confirmata. At quomodo liquido confirmabuntur sola Rei confessio pro criminis probatione habenda est?

Igitur iudices suum esse intelligent imprimis dare operam, ut crimen ad se delatum (2), deinde, ut criminis auctorem compertum habeant, sed ita, ut ne contra fas, iusque compertum habeant. In facti autem permanentis delictis ita necessarium est expressum *delicti corpus*, ut si desit, non solum accusati confessio, sed ne testium quidem affirmatio, neque alia licet solida indicia, et probationes satis sint cui-

B 3

quam

(1) *Nihil est æquius Coccei sententia; cum legibus paenæ quidem in reos sint constituta, non in eos, in quos criminum tantum suspicione, vel indicia sèpe fallacia afferuntur. At vero plures iurisperiti hic disputant in occultis praesertim criminibus, quæ neque indicari, neque probari nisi difficilime possunt, solam Rei confessionem esse attendendum, ne criminis impunita discedant. Qui quidem haud scio, an disputatione sua Ciuitatem magnopere iuuent, quemadmodum prædicant, qui ciues propterea*
perdant, quod satis firmæ non suppetant rationes cur perdant.

(2) *Dans les procedures criminelles, et sur tout dans les accusations capitales, il faut avant toutes choses, que le corps du delit soit assuré. Jusque là la loi presume toujours l'innocence plutôt que le crime, et elle épargne les criminels jusqu'à ce que le crime soit certain.*

D' Aguesseau œures tom. 4. plaidoyer 5r.
Clar. quaest. 4. § 1.
Baff. tit. de delict. n. 1.

eus ab-
proces-
res Phili-
xagitant
um, sal-
es boni
uampri-
tionum,
abs qua-
o quan-
men ita
senten-
egregie
tatione ad
ti deli-
certum
deli-

il. refor-
as tit. 18.
Delitti, e-
ad pand.
fol. mibi
proem. 12.
. n. n., &
nodo con-
debet rei
in rerum
ertum sit.



22 DE PROBATIONIBVS

quam reo legitime faciendo (1). Hoc, quod paulo antea dixi absurdum fortasse videbitur; sed si quis penitus introspiciat, quam rationi consentaneum sit, facile intelliger. Neque enim Iurisperitorum tantum auctoritatem mirifice consentientem, sed rationem testem appello. Quis reus cognosci potest incognito crimen? nam criminis cognitio, non criminatio ad reum cognoscendum perducit.

Neque vero crimen quacumque ratione, sed legitime cognoscendum; vt, si eius cognitio non ab iudicibus, sed ab aliis pendeat, vti in stupris ab obstetricibus, in homicidiis a medicis, et chirurgis, eorum iudicium attendatur, qui nisi iurati vel stuprum illicitum, vel homicidium commissum testentur, crimen adhuc incognitum esse putandum est (2). Itaque vel agitur de facti permanentis delicto, sine certo delicti ipsius corpore, et quaecumque probatio reo legitime damnando non sufficit; vel agitur de delicto facti transeuntis, et defectus supplendus est, vel examine testium, vel aliarum probationum, indiciorumque certissimorum, ex quibus rite de delicto constare possit, vt reus iure damnetur.

Sed

(1) Cette preuve est tellement essentielle, qu' elle ne peut étre supplée ni par la deposition des témoins, ni par des simples indices, et conjectures quelques forces qu'elles soient d'ailleurs, pas même par la confession de l'accusé.

Vouglans institut. au droit criminel Part. 6 chap. 1.

Etiam si multi testes deponerent etiam de visu con-

tra aliquem de homicidio per eum commisso, nisi tam men constaret de ipso cauere, non potest puniri.

Clar. quaest. 66. §. 1.

(2) Clarus dicta quaest. 4. §. quando vero sub finem ita scribit: Quae dicta sunt de homicidio intelligenda sunt etiam de similibus delictis, quorum remanent vestigia, puta, in incendio, et visitetur locus incendi, et reliquiae com-

paulo
siquis
um sit,
rantum
tionem
cognito
tatio ad
d legi-
ab iu-
obste-
eorum
um il-
r, cri-
). Ita-
ne cer-
robatio-
itur de-
us est,
um, in-
delicto

Sed
omicidio
nisi ta-
pfo ca-
puniri.
S. 2.
quaest.
sub si-
uiae di-
idio in-
iam de-
quorum
puta,
visitetur
reliquiae
com-

Sed necesse non est in re satis ex se ipsa, atque ex hac tenus dictis perspicua diutius immorari. Illud tantum hic placet innuere quo innocentibus neglecta criminis, ac praesertim *corporis delicti* cognitione foede perierint. Sed infinitum esset quotquot historici huiusc rei exempla nobis hactenus prodiderunt afferre tam crebro partium suarum oblio- vio praecepit iudices egit. Itaque unicum ex omnibus eligam, quod quum lego apud Annaeum Rober- tum in Rerum Iudicatarum collectione, nequeo. quin vehementissimo animi dolore exardescam, ac miserrimam hominum conditionem miserear, quorum vita aliorum hominum, ne quid grauius dicam, stultiiae deditur. „Mulier vidua cum aliquando a domo peregre abfuisset, nec amplius in tota Pagi Icaci vicinia viseretur, increbuit falsa suspicione rumor eam a scelerato aliquo occisam, et cadauer illius ne reperiretur, abiectum. Iudex Prouinciae latrunculator, cum ex munericis sui officio autores caedis requireret, Titium in saltu quodam delitescentem, et attonito, trementique similem reperiens prehendit, eumque sola criminis suspicione reum ad praesidiales Prouinciae illius iudices deducit. Titius nullo quaestionis terrore, nullo tormentorum cruciatu, sed aut desperatione, aut fato aliquo salutis suae negligens, et ultra perire volens crimen innocens agnoscit. Interrogatus a iudicibus, mulierem, cuius caedes ignorantis obiiciebatur, occidisse se fatetur. Confessus, velut plene conui-

B 4

, & tis,

combustionis, in furto ut sit; & ubi tales personae videatur fractura in area, referant cum iuramento se ostio, vel pariete, in stupro credere stuprum illatum vel illato puer, vel vi illato puellam corruptam fuisse, satis dicetur constare de lictos, ad hoc ut contra delinqwentem procedi possit.

,ctus, damnatur, et laquei suppicio punitur. Titii innocentiam euentus docuit. Nam biennio post mulier, quae cum absens esset, mortua credebat, reuertitur. Accusantur iudices et iniuritatis manifestae, et culpae non excusandae. iniquam fuisse damnationem ipsa superstitis mulieris praesentia satis indicabat. Iudicum autem culpa argui merito posse videbatur, quod Titium caedis damnassent, priusquam illis de occisa muliere liquido constaret (1).

En quantum mali iudicis incuria pariat. Sed nimis commoueor rei atrocitate: quare lubens hoc totum relinqu, atque humanitati meae largior. Heinecii tantum verba ad rem nata recitare non grauor, vti huic capitri finem imponam. *Quenadmodum*, inquit ipse, interest Reipublicae, ne delicta impune admittantur: ita eiusdem multo magis refert, ne innocentes suppicio adficiantur, aut exempla fiant in eos, qui nullo alio crimine animaduersionem merentur, quam calunnia aduersum se ipsos admissa (2).

II.

Nae egregie falluntur qui tum denique communis securitati satis consultum putant, cum quotquot ciuibus crimen, totidem et criminis poena inferrur. Atqui si crimen a reo, quod necesse est, accurate distinguerent, facile inteligerent, quam longe a veritate aberrent. Licet enim certum sit crimen, tamen adhuc esse potest incertus reus, quum haec duo secum necessario non cohaereant, neque unius cognitio alterius cognitionem eliciat. Non metat Jurisperitorum plerosque iis legis verbis innixos: *Confessus habetur pro iudicato* (3), affirmatissime dicere solam criminis confessionem cum manifesto corporo-

(1) *Anneus Robert. rerum iudicatar. Lib. 1. Cap. 4.* circa reor. confess. exercit. 18. §. 6.

(2) *Heinec. de relig. Jud.* (3) *L. 1. ff. de confess.*

corpore delicti coniunctam plena probationis numero et loco ducendam. At vero in tantum errorem non incidissent, si eam legem interpretari maluissent. Ex Romani Fori consuetudine, quam ex legis iplius verbis, quae ad quacumque libuerit sententiam facile detorquentur. Id enim ab Romanis sanctum erat, ut quod quisque crimen deferret, idem ipse probaret (1); quod argumento est solam Rei confessionem pro plena probatione habitam non fuisse, sed solum pro plena probationis cumulo, quo reus magis, magisque conuinceretur. Nam alioqui accusatores nunquam animum induxisserint, ut vitam suam accusati vitae vicariam supponerent ea tantum spe sibi proposita, fore, ut accusatus accusationi confessionis suae momentum adiungeret. Huc accedit, quod accusatorius Romanorum mos a nostro longe diffideat; ut propterea ad normam legis I. ff. de Confessis hodierna iudicia omnino exigere non possumus, nisi, et leges, et rationem, et aequitatem nihil faciamus.

Reuera quomodo sola confessio cum *corpore delicti* coniuncta potest quemquam adducere, ut confitentem capitali sententia feriat? Nam quod attinet ad *delicti corpus*, eo quidem delictum ipsum, ut superius innui, non vero delinquens probatur. Reorum vero confessiones saepissime falsas esse satis bene multis exemplis experientia docet. Sunt enim, qui vel carceris diuturnitatem pertarsi, vel tormentorum acerbitate deterriti falsas criminum confessiones sibi excidere patientur (2). Quare optimo iure scriptum

B 5

reli-

(1) Vide I. 17. C. de ac- se pourroit faire qu'une telle cus. & inscrip.

Confession ne fut que l'effet

(2) Dans les crimes ca- d'un trouble, ou d'un déses- pitaux la confession d'un ac- spoir. Donat des loix civi- cuse ne suffit pas pour le les &c. liv. 3. sect. 5, not. au. condamner, s'il n'y a pas §. 1.
d'autres preuves, parce qu'il

reliquerunt Quintilianus, et Cicero Primus quidem (1): ea natura est omnis confessionis, ut possit videri demens qui de se confitetur. Hic furore impulsus est, alias ebrietate, alias errore, alias dolore, quidam quaestione. Nemo contra se dicit nisi aliquo cogente. Alter vero (2): Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, tum animi, tum corporis, regit quaestor, flectit libido, corrumpt spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur. Siue igitur inuoluntaria, siue voluntaria sit confessio, liquet, quam parum ei fidendum sit, vti ad iudicium pronunciandum veniatur. Quod si ii, qui voluntariam delicti confessionem cum corpore delicti ipsius coniunctam tantia estimandam sunt opinati, vt extremum ita confitenti supplicium iure inferri possit, legum praecripta, et rationum momenta paulo diligentius attendissent, opinionem vtique suam non modo rationi, sed etiam legibus repugnare deprehendissent. Reciro legum verba: *Diuus Seruus rescripsit CONFESIONES REORVM PRO EXPLORATIS FACINORIBVS HABERI NON OPORTERE, SI NVLLA PROBATIO RELIGIONEM COGNOSCENTIS INSTRVAT;* atque in eadem lege §. 27. hoc quoque legitur: *Si quis vltro de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est: nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de causa in se confitentur* (3). Haec mehercle satis ostendunt eorum doctrinam, qui in contrarium sententiam concessere, non leuiter claudicare.

III.

Quam cante in capitalibus causis iudicendi incedens dum sit, satis ex eo liquet, quod in iis causis de capite agatur, hoc est de summo hominis

(1) Declam. 314.

(2) Pro Pub. Sylla n. 26. de quaest.

(3) L. 1. §. 17. & §. 27. ff.

us qui-
ut possit
ore im-
dolore,
i aliquo
t dolor,
corporis,
infrimat
loci re-
voluntaria
dum sit,
Quod si
corpo
nt opinia
ure in-
momen-
n vriue
epugnare
us Seruus
M PRO
ABER I
ROBA-
ENTIS
27. hoc
fateatur,
enim aut
tur (3).
Strinam,
n leuiter

minis in naturali ordine bono. Quare nihil reliqui faciet, ut explorati criminis auctorem exploret, ne quid detrimenti ex sua incuria Respublica capiat (1). Fieri enim potest, ac saepenumero fit, ut incuriosi iudicis sententia innocens pereat, quo nihil grauius Ciuitati accidere potest. Videntur quidem Legislatores id potius habuisse, ut certa poenarum, quam probationum genera constituerent, quibus iudices freti poenas inferrent: sed ex legum contextu, et continuatione satis appetat, quasnam probationes ad rerum capitalium iudicia afferri oporteat: qua, quidem de re satis verborum superius fecimus.

Hic fortasse quis quereret, an post compertum *de-
lictii corpus*, atque obtentam Rei confessionem iudi-
candi liceat ad capitalem sententiam pronunciandam
descendere: cui quidem quaestioni satisfiet, si huc
reuocentur, quae supra paulo uberioris disputata sunt
de Rei confessione. Quum enim ea pro plena pro-
batione habenda non sit, aliae probationes, vel indu-
bitata indicia adiungantur necesse est. At quenam
potissimum adiungentur probationes? Quae indicia
adferrentur? Hoc vero est, quod neque ego, neque
quisquam alias hactenus vniuersim statuere ausus
est. Nam cum criminum circumstantiae incredibili-
ter variantur, cumque ex huiusmodi circumstantiis
probationes, atque indicia plerumque petenda sint,
et ipsas probationes, atque clarissima indicia incredibili-
ter variari necesse est: ut propterea ad nullum
cer-

(2) Oportet eos, qui ma-
gnis de rebus consultant
nullam ulla de causa cogi-
rationem prætermittere.
Demosth. Orat. de Ordin.
Civitat.

Iudicis est nihil præter-
mittere eorum, quæ ad rei
veritatem eliciendam con-

certum genus reduci possint, neque definitis principiis fundari ac imponi. Romani ipsi, qui accusatorem ad reum probandum legibus adstringebant, nihil decreuerunt, quasnam potissimum probationes ad id afferri oportere. Audiantur legis verba, ex quibus hoc, quod aio, manifesto colligitur. *Sciant cuncti Accusatores eam se rent deferre in publicam notionem, quae munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, et luce clarioribus (1).*

Hinc licet quiuis facile perspicere possit quot, quantumque cautiones in capitalibus iudiciis Romani adhiberent, ne quis innocens accusatoriis artificiis periret, tamen iudicium religioni commiserunt, an, et quantum tribuendum esset probationibus ab Accusatore prolatis: en Diui Hadriani rescriptum ad Valerium Verum. *Quae argumenta ad quem modum probandae cuique rei sufficient, nullo certo modo satis definiri potest: sicut non semper, ita saepe sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur. Alias numerus testimoniū, alias dignitas, et auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quaeritur, fidem. Hoc ergo solum tibi rescribere possum summōtim, NON VTIQVE AD VNAM PROBATIONIS SPECIEM COGNITIONEM STATIM ALLIGARI DEBERE, SED EX SENTENTIA ANIMI TVI TE AESTIMARE OPORTERE, QVID AVT CREDAS, AVT PARVM PROBATVM TIBI OPINARIS (2).*

Ex hac vero lege, atque *ex ordine judiciali ab Romanis perpetuo seruato iuxta legis ipsius præscriptum abunde liquet properato opus non esse ad humānum sanguinem profundendum. Quod cum mecum ipse reputo, satis mirari nequeo quorundam iudicium inhumanitatem dicā, an insulstatem? qui*

(1) *L. ult. C. de probat.*

(2) *L. 5. ff. de Testibus.*

AD CAPITALIA IUDICIA etc. 29

publica auctoritate propterea tantum videntur armati, ut puerorum more, quorum in manus telum inciderit, sive iure, iniuria obuium quemque petant. Neque vero quis hoc loco, aut Jurisconsultorum auctoritatem, aut Fori consuetudinem nobis opponere ausit. Ubi enim ratio obstet, non me cuiusquam auctoritas commouet, tametsi omnes ad unum contradicerent. Atqui complures Jurisconsultissimos superius appellaui, & adhuc appellare possum sententiæ meæ patronos, atque imprimis eum, qui nunc Vindobonæ criminale ius summa cum ingenii laude profitens docet accusati confessioni fidem habendam non esse, nisi ex necessariis inquisitionibus apud iudicem constet circumstantias, quas is fassus est, esse veras, & facta, quo de agitur, consentaneas (1). Cuius quidem auctoritatem utpote cum rationis principiis, legumque præscriptis consentiente, plurimi, quemadmodum debo, facio omni alia neglecta auctoritate ab hisce præsidiis imparata. Nam quantum ad Fori consuetudinem attinet, potius mirandum est eam tam late, tamque diu inualescere potuisse rationis, legumque vocibus perpetuo reclamantibus, quam reformidandum, nequid moræ hic apud nos afferat iudicialis orbis conuersioni, que mirificos Philosophiae progressus alibi consecuta iam est, atque hic etiam, quemadmodum opto, & spero, propediem consequetur (2). Quamobrem huius Capitis antea finem non faciam, quam iudices iterum admoneam, quod ab Romanis accusatores admonebantur, ut iudicia nulli dubitationi obnoxia, & luce clariora proferrent, atque

(1) Vide Bannizam Systemam Iurisprudent. Crimin. Cap. 13. §. 16.

(2) Male adinventa, malæque consuetudines, neque ex longo tempore neque ex longa consuetudine confir-

viantur. Novelia 154. Cap.

1. Quod non ratione introductum, sed errore primum

deinde consuetudine obtentum est; in aliis similibus non obtinet. L. 39 ff. de L.L.

que ita sentirent: *satis esse impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari* (1)

DE TESTIBVS.

EX probationibus nulla est cautior, aut æquior, quam Testium affirmatio, præsertim cum & Hebrei, qui a Deo ipso leges acceperant, ea probatione in iudiciis vti solerent, quod ex diuina historia discimus (2). Quamquam vero attenta humanæ naturæ conditione nulla certior est probatio tamen ne ea quidem certissima est. Cum enim homines non nisi ex sensuum renunciatione de rebus iudicent, sit, vt sœpe de rebus peruerse iudicent, qui iudicent res ipsas ita se habere, vti se habere videntur (3). Huc accedit sensuum testimonium, licet in

(1) L. 5. fl. de pœnis.

Quum dixi, si quando de obiectis criminibus satis plene non liqueat, Ampliationi locum esse oportere, quemadmodum apud Romanos consueverat id de levioribus tantummodo dictum. volo. Nam si de gravioribus agatur, quorum suspicio, terrorque omnem Civitatem pervaserit, reum in exilium ab Rege pellendum esse arbitror. Quod quidem Cicero Consul, hoc est, Supremum Romanæ Reipub. Magistratum gerens L. Catilinam Perduelionis reum Patriæ nomine alloquens hoc dilemmate confirmavit: DISCEDERE;

ATQVE HVNC MIHI
TIMOREM ERIPE; SI
VERUS NE OPPRIMAR;
SIN; FALSVS, UT TANDEM ALIQVANDO TI-
MERE DÉSINAM. Orat.

i. in L. Catil. n. 8. Omitto reliqua eiusdem orationis loca, quæ quiuis adire veru-

facile potest. Tota enim ei

pertinet, ut Catilinam au-

Solum vertendum inducat

(1) Deuteronomii Cap

17. n. 6.

(2) Misera conditio morali-
tatis, quando omnibus

iam, quæ agimus, videtur

opus esse teste; ita parus

facit veritas, ita nullus etiam

nomen est fidei. Non sat cessa-

vit testi

corri-
& fili-

videt
quoad
Ang-

testi

Q

men-

tissi-

non

alter-

affec-

foru-

viola-

etiam

vid-

(1)

iis tantummodo consistatur, neque ad res, de quibus testantur, aut affirmandas, aut negandas temere decurratur, non raro a se inuicem discrepare; vt ambigendum sit, cuinam potissimum fides habenda. Ut igitur hisce incommodis qua maxime fieri poterat ratione occurreretur, nonnulla excogitanda, ac statuenda principia fuerant, quorum ope falsa testimonia a veris, quoad humana infirmitas patitur, accurate fecernerentur: Quæ omnia principia eo euadunt, vt testium dignitas, fides, mores, & grauitas diligenter examinentur, ne vitiosa testimonia, atque ab aliqua potius cupiditate, quam a veritatis amore profecta aduersus reum excipientur (1).

Cum inter Scotos, atque Anglos veteres, & graves inimicitia, simultatesque intercederent, Anglicis legibus sapientissime cautum est, vti Scotorum in Anglos testificationes reiicerentur? quod earum veritas testium in reos odio corrumpi posset (2). Sed, & amore corrumpi potest. Quare Legislatores, & parentes qe filiis & filios de parentibus (3), & quoescumque propinquos

de

videri potest probatum, dum: quibus superandis non omnibus sat constantiae

est. Ita Pufendorf. Off.

(1) L. 2., & 3. § ff. de

hom. & civ. Lib. 2. Cap.

Testib. □ Testes licet ad 1. §. 10.

(2) Nullus nisi Scotus in

Scotum, & Anglus in Ang-

lum testis admittatur, a-

deo vt si singuli Angli,

qui adfuissent homicidium

factum suis oculis vidis-

sent, eorum testimonium

incassum caderet, nisi ali-

quis Scotus idem testa-

reatur. Vide Puffendorf. de

Jure N. & G. Lib 5. C.

13. §. 9.

(3) L. 5. ff. de Test.

uì faci-
æquior,
cum &
eperant,
ex diui-
attenta
robatio
n homi-
bus iudi-
ent, qui
eviden-
licet in
iis

MIHI
IPE; SI
RIMAR;

UT TAN-
IDO TI-

M. Orat.

8. Omitto

orationis

is adire

a enim et

ilinam ai

n inducat

omii Cap

ditio mor

lo omnib

s, videtu

ita paru

ta nullus

Non sat

vidi

(3)

ff. de Test.

de propinquis (1), & amicos de amicis, & seruos de dominis (2) testari vetterunt. Neque solum quamcumque personarum necessitudinem, ac respectum, sed etiam etatem, famam, & criminis ipsius societatem suspectam habuerunt, vt propterea neque adolescentulos vicesimum annum nondum natos (3), neque meretriculas (4), neque infames (5), neque criminis socios (6) ad testimonium dicendum admiserint (7). Denique nihil experti non sunt nequod testimoniū

(1) L. 4. ff. eod. & L. 6.
C. eod.

Frustra petitur testimonium vbi cum ratione metui potest, ne a natura sui studiosā corrumpatur. Nodot operit, de test.

(2) L. 3. Cod. de Test

(3) L. 20. ff. eod. tit.

(4) L. 3. §. ff. eod.

(5) L. 3. ff. eod.

(6) L. 11. C. eod.

(7) *Hic innuere liceat jamdiu inueteratam, ac ferre ubique vulgatam consuetudinem, qua sit, vti testimoniū infamia questionis vſu purgetur; quasi vero ex pectoribus, ex tergis, ex lacertorum toris bona cuiusque, vel mala fama sit estimanda? vt neruosi, omnes testes ad testimonium dicendum admitendi sint, contra enerues reiciendi; quasi vti serpentes inter dumeta squamæ, ita infamie extuas inter tormenta.*

ta testes deponant: quasi vti auri scoria igne, ita testimonii vitium equuleo excoquatur: quasi ossum luxaturæ, & fractura humanae opinione, ac iudicia moderentur, & regant: quasi si metuas, ne quis bumi calumniatus fuerit, tur, metuendum tibi non sit, det, ne idem sublime calumnie piciatur; quasi trochlea natuſ senti eset potius ad veritatem, rioni quam mendacium ex horis, minis suspensi ore elicien- ta P dum, non unice ad homi- erat nem ipsum sursum, ac de uita orsum distrahendum: Qua- disce si qui paratus ad reum ipso perdendum in forum vene- bi fa- rit, non etiam ad brachia si ex experienda paratus vene- bac- rit; Id videlicet ii tan- temp- tum ignorant, qui igno- si- quan- tium in uno horante mine vim possideat alteri di, i- us hominis perdendi libi- vide- do diqua-

AD CAPITALIA IUDICIA & 33

eruos de
i quam-
pectum,
societa-
que ado-
(2), ne-
neque
admis-
quod te-
stium

stium vitium contraheret testimoniorum sanctitas, ac religio (1).

II.

HAec tenus vidimus quales; nunc quot testes in iudiciis adhiberi oporteat, videamus. Jam uero neque diuinæ (2), neque humanæ leges (3) patiuntur, ut unius testimonio quis damnetur

C.

Legi-

t: quasi do: alterius, inquam, ho-
gne, ita minis perdendi libido; im-
equuleo mo vero sui etiam conser-
si osium uandi: qui quum non nef-
tare hu- ciat grauissimas pœnas sibi
ac iudi- paratas, si qua prava cupi-
regant: ditate se ad calumnian-
ne quis dum prolapsum esse fatea-
s fuerit, tur, neruos omnes contem-
non sit, det, ut calumniatoris sus-
calumnie picionem a se avertat.
plea natu Sentio me buiusce disputa-
ritatem, tioniis æstu paulo vebemen-
ti ex ho- tiis, quam fortasse in tan-
e elicien- ta Philosophiae luce opus
ad homi- erat, incaluisse, atque ab
m, ac de- usitato scribendi genere
um: Qua- discessisse. At, qui de hoc
ad reum ipso philosophati sunt, mi-
um vene- bi facile ignoscunt, qui ip-
d brachia si experti fuerint vix in-
tus vene- bac orationis parte sibi se-
t ii tan- temperasse potuisse. Quod
qui igno- si qui adhuc in errore ver-
i uno bo- santur non leniter educen-
at alteri- di, sed violenter eripiendi
endi libi- videntur; tam multa un-
do dique repagula iis obstant!

(1) L. 3. ff. eod. tit.

Noui equidem quæ hic de
testibus affirmantur, atque
ipsiis legibus confirmantur,
a nonnullis Iurisperitis in
dubium reuocari: at non
satis intelligo, cur mibi
Iurisperitis potius, quam
Legislatoribus assentiendum
sit. Recete ideo animad-
uertit Boehmerus, qui in
hanc sententiam venit:
Quo grauius, inquit, ex
crimine redundans præiu-
dicium est, eo fortior pro-
batio requiritur; ideo eu-
identer patet, quod inhabi-
les (testes) ne quidem in
atrocioribus reum perficie
convincant. Sect. 1. Cap. 11.
§. 200.

(2) Deuteronom. Cap.
19. 11. 15.

(3) Nunc manifeste san-
cimus, ut unius omnino testis
responsio audiatur, etiam si
præclaræ curiae honore præ-
fulgeat. L. 9. C. de Test.

Legibus rationem quoque subiicit Montesquieu, quæ duos saltē testes efflagitat. Si enim hinc testis ait, inde reus negat, duas partes efficiunt, neutra alteri præualebit, nisi tertia ad alterutram accedente (1). Neque magnopere difficile est intelligere, qua de causa leges, & ratio unicūm testimonium non admittant. Nam præterquamquod semper timendum est, ne unicus tantum, licet probus, ac prudens vir, potuerit in re, de qua testatur, allucinari, illud quoque animaduertendum, quod a Plinio animaduersum Puffendorfius scribit (2), nullum impudens esse mendacium, quod teste careat; contra vero metui saltē prudenti locum non esse, vbi duorum fide dignorum testimonia inter se consentiant.

Neque vero ciuiles leges id ab iudicibus postulant, ut non nisi probationibus omnem in omnem partem dubitationem ex eorum animo eximentibus acquiescant. Quomodo enim id perpetuo assequi possint, non video. Si enim duo legitimi testes confirmarent oculis ipsorum suis id vidisse, de quo testentur, sua testimonia iudicibus satis credibilia facient. Quare Puffendorfius illud acutissime obseruauit: Et licet hoc modo aliqua maleficia in foro humano maneat impunita, ac nonnulli iusta sua causa cadant, qui unico tantum teste res gesta fuit: hocce tamen incommodum minus est, quam quod diuerso more recepto omnium saluti, & fortunis ab unius hominis impudenteria, & præua ad quaenam fingenda solertia impendebat. (3).

At enim, licet duo testes, quemadmodum ante dixi, sufficient alicui reo legitime faciendo & conuincendo, tamen, cum huicse probationis vis æquali

duo

(1) La raison en exige le vuider. Esprit de deux; parce qu'un temoin affirme, & un accusé qui ne font un partiage; et il faut un tiers pour

loix Livr. 12. Chap. 3.

(2) Puffendorf. de I. & G. Lib. 5. Cap. 13. §.

(3) Idem loco supradicti

AD CAPITALIA IUDICIA &c. 35

duorum testificationi potissimum innitatur, ac s^ep^e fiat, vt duorum testificatio quoad necessarias circumstantias omnino \varnothing qualis non sit, leges iudicium prudenter concedunt, vti complures audiant testes (1) eiusdem etiam domus, ac familiæ, patres e. gr. ac filios (2), vt viius testimonium alterius testimonio suppleatur, omniumque consensione plena probatio tandem confletur.

III.

AD cautiones hactenus a nobis commemoratas nihil addi præterea videtur posse, vti iudices intelligent aequis ponderibus omnia ante sibi examinanda, quam quemquam rei capitalis condemnent. Sed, ubi de capite disceptatur, nullam cautionem superuacaneam homines putant, vt nequid erroris extremo disceptantium malo obrepatur. Itaque penes Hebreos, iudices antequam testes audiunt, eos officii sui admonebant; nequod verbum sibi inscientibus, atque imprudentibus ex ore elabiderent, quin cum re testata apte congrueret (3). Athenienses vero, ac Romani, vtpote qui apprime quanta esset in iudiciis testimoniis auctoritas, & quam facile praus hominum cupiditatibus imminui, atque infringi posset, nullius iniurati testimonium admiscebant, vt si non humanæ fidei, saltem diuinæ religio-

C 2

nis

(1) L. 1. §. 2. ff. de Test.

(2) L. 17. ff. eod. tir.

(3) Testes rei capitalis intro vocatos admonebant nequid ex coniectura, aut curiore dicerent, etiamsi ex ore testis aut hominis fidei digni audisse affirment. Forte ignoratis nos pertine-

stigaturos tandem vos esse inquisitione, & indagatione? Ne sitis nescii, aliter se babere iudicia, quæ de pecunia quam quæ de capite disceptantur. Nam in illis, pecunia data peccatum piari potest, in his si

nis violanda metu a mendacio deterrent (1). Quæ quidem consuetudo apud nos perpetuo obtinuit, atque adhuc optimo iure obtinet. Si enim civilibus in iudiciis iusurandum aliquando adhibetur ad actionem legitimam faciendam; cur non etiam in criminalibus ad legitimam faciendam probationem, habitatione boni multo praestantioris, de quo hisce in iudiciis agitur.

Sed huiusmodi religiosa affirmatio, quae Deum immortalem Testem, & Judicem interponit, neque ex omnibus promiscue, ac sine ullo delectu, & discrimine, neque pro veteri fori consuetudine exigenda. Si cuius enim de religione prudens iudicii suscipio, metusque iniiciatur, ne sanctissimis erga Deum officiis, se suaque anteponat, flagitato iureiurando non est ad periuirium incitandus (2); neque iudiciorum consuetudini, sed rationi parendum, ut non nisi ex testibus atque ex iis, qui auctoris, ut ita dicam, personam in iudicio gerunt, & quidem praemonitis, quan-

si quid deliqueris, sanguinis rei, & seminum eius ad finem usque seculi tibi imputatur. Sane hedrin cap. 4. §. 5. ex versione Cocceji.

(1) Iurisiurandi religione testes priusquam perhibeant testimonium, iamendum arctari precipimus. L. 9. C. de Test.

Nullum hominibus medium vixum est certius, atque expeditius iureiurando; idque ideo, quod semper iterna beatitudinis, cuius desiderio omnes trahimur, neminem tam negligentem

futurum crederet, ut Dei seuerissimi Iudicis vindictam in se verbis concep-tissimis prouocare, quam veritatem profiteri malit.

Heinec, de lubricitate iusurandi suppletoriis exercit. 17 §. 2. in fine.

(2) In quibus autem utilitatem ex periuirio aliquis assequitur, ea sine iureiurando iudicentur. Plato de. L. L. lib. 34. dial. 12.

An enim reus maiori religioni habebit Diuinum Numen periuirio, quam scilicet ex. c. aut homicidio violare?

AD CAPITALIA IUDICIA etc. 37

quantum mali a Deo Optimo Maximo periuris impendeat. Quod malum si secum ferio cogitarent, ita autem præmoniti non cogitare non possent quotquot ad testimonium dicendum accedunt, neque ullius innocentis damnandi, neque nocentis absoluendi quamdam iudicibus necessitatem imponerent.

Supereft, vt testium *confrontatione* postremo dicam, quæ quidem in criminalibus causis ita necessaria numeratur, vt nihil magis. Nam si in causis civilibus actor actionis suæ coram reo, quanto magis in criminalibus accusator, vel Fiscus accusationis suæ probationes coram eodem reo proferre debet, hoc est testimonia; eique suadere, atque adeo persuadere nihil iis falsi affictum, aut veri detractum sive errore, sive inuidia, sive similitate, sive quacumque alia prava cupiditate, vt accusatus ipse ea pro legitimis accipere, atque habere cogatur. Itaque quidquid hactenus dixi paucis complectar: post *delicti* videlicet *corpus* legitime compertum, duorum testium legitimorum, oculatorum, iuratorum, coram reo vnum, idemque testimonium in reum ipsum dicentium auctoritate plenam, cumulatamque probationem, uniuersim loquendo, confari, qua tantum spectata quis ad capitalem sententiam pronunciandam iure deueniat (1).

C 3

DE

(1) *Hic enim uero omni-
um Iurisconsultorum con-
uicio aures circumsonare
mibi videntur: Quas tu
forenses regulas nobis nar-
ras? Papæ! Nouum quid,
& ante hunc diem inau-
ditum profers: quasi vero
non omnes ad vnum eas re-
gulas veluti digitos nostros*

*calleamus. Audio: est sa-
ne, quod vobis magnopere
gratuler: at esset quod mul-
to magis gratularer, si eas
regulas non modo calceretis,
verum etiam sequeremini.
Hæc enim ego vos non admo-
nui tamquam ignota, sed
tamquam neglecta.*

DE POENARVM MODO.

Nulla iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, vt quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem. L. 25.

ff. de II.

Si mihi id sumerem, vt differerem, an poenae ciuili iure constitutae cum iure naturali conueniant, an ciuium noxis respondeant, an denique Princeps gaudeat potestate fontes capite quoque damnandi, actum agerem, quod est hominis otio nequiter abutentis. Itaque ab huiusmodi disputationibus religiosissime abstinenſ id tantum inquiram, vtrum naturalium, et ciuilium legum praeceptis magis consentaneum sit poenalium legum litteram sequi, nihil attentis criminum circumstantiis, an vero iis diligenter animaduersis prout vel grauiora, vel leuiora crimina efficiant, grauiores quoque, vel leuiores poenas imponere,

Atque vt hanc quaeftionem quam clarissime solvamus, quidnam rei sit lex, primo definiemus; deinde exponemus, quidnam ex legis definitione consequatur.

Iam vero Papinianus legem ita definiuit: *Lex est commune praeceptum, virorum, prudentium consultum, delictorum, quae sponte, vel ignorantia contrabuntur, coercito: communis Reipublicae sponsio* (1).

Lex huiusmodi, sive commune praeceptum, vt vim suam obtineat, non solum ab iis condi, qui eius condendi legitimo iure gaudent, verum etiam promulgari, et intelligi qb omnibus debet, vt vniuersi eius prae scripto manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur (2).

Legi

(1) *L. 1. ff. de Legio* (2) *L. 9. Cod. de Le
bus. gibis.*

Legis autem virtus (haec est) *imperare, vetare, permittere, punire* (1); Finis vero est poenae metu omnes in officio continere, atque ad officium, si quis discesserit, reuocare, ut minus poena metus possit esse multorum (2).

Ex allata legis definitione consequitur qui prudens, quique imprudens in legem peccauerit vtrumque poenis teneri: vter vero grauiori poena teneatur, ex eadem definitione non satis aperte colligitur.

Equidem, si vtriusque peccatum ex damno Ciuitati illato aestimare velimus, nihil interest, per imprudentiam, necne peccatum fuerit: neque enim damnum, vel peccantis imprudentia leuius, vel prudenter grauius sit. Quod si peccantis animus, et consilium attendatur impar poena pro impari animo, et consilio statuetur.

Stoicorum enim omnia peccata par esse existimant (3), omnibusque propterea pares poenas constituentium peruersam fane opinionem cordati Philosophi numquam probarunt. Nam cum leges hominibus sint impositae, qui volendi facultate praediti sunt, voluntatibus quoque, quae quidem extrinsecus prodeant, poenas adscribant necesse est, ne crimina ex euentibus tantummodo aestimentur, neve eodem numerentur loco nex homini consulto, et fortuito illata,

C 4

Quam-

(1) L. 7. ff. de Legibus. mosib. ex orat. i. contra Aristogit.

(2) L. i. C. ad L. Jul. repet. Vide Puffendorf. de J. N. et G. Lib. 8. Cap. 30. §. 9. et seq. □ Grot. de J. B. ac P. Lib. 2. Cap. 20.

Duas ob causas omnes feruntur Leges, tum vt nemini quicquam iniusti licet agere, tum vt iis, qui istibac transgressi sunt, supplicio affectis caeteri meliores efficiantur, De-

(3) Vide Jacot. Vandonianus de philosophorum doctrina libellum Cap. Stoici §. Sapientem.

gnitas te ho-
inter-
produ-

poenae
conue-
n deni-
quoque
otio ne-
utationi-
a, vtrum
agis con-
ui, nihil
diligen-
tiora cri-
es poenas

lime sol-
; deinde
onsequa-

Lex est
onsultum,
rabuntur,

, vt viim
eius con-
promulga-
eius prae-
inent, ve-

Legi-
d. de Le-



Quamvis autem si vniuersalibus legibus standum sit, omnia crimina poenis exaequari videantur, tamen peculiares Romanae leges satis insigne discrimen inter *dolosa et culpabilia* crimina intercedere docent, quae grauiores poenas vnis, quam alteris proposuerint: quod sane discrimen etiam Iurisperiti agnouerunt, qui crimen dolosum *delictum* (1), et quidem ita, ut primum grauiori, secundum leuiori poena dignum existimant (2).

Atque id ratio satis declarat. Reus enim *culpabilis* nihil aliud praefert, quam animum incuriosum officiorum suorum, atque obliuiosum: contra *dolosus* animum praeterea callidum, versutum, ac malis assuetum. Si igitur Rei animus, et consilium attendatur, multo est lenius animaduertendum in *culpabilem*, quam in *dolosum* (3). Quare non in criminibus, sed in criminum poenis distinguendis pro que eorum varietate variandis huiuscemque questionis difficultas sita est.

MARCIANVS in XI. digestorum lege haec habet; aut
Perspiciendum est iudicanti, neqnid aut durius, aut remissius constituantur, quam causa depositum: nec enim,

(1) Boehmer elem. *Jurispr. Crim.* Cap. 2. §. 29.

(2) Matthaeus de *Criminibus* Cap. 1. n. 2. §. Ex quibus. Puffendorf. de *J. N. et G. Lib. 1. Cap. 7. §. 16.*

(3) Dislingue igitur ipsi sponte, atque item non sponte factas iniurias: et illatum maiores, harum vero minores multas conscribes Plato de *L. L. lib. 9.*

Leges sunt de caetibus latae, quae eos, qui consulto interfecissent, morte, perpetuo exilio, omnium denique bonorum publicatione multant; eos autem, qui inconsulto, venia, et magna humanitate dignos iudicant.

Demoslh. *Orat. contra Midiam.*

Vide *Clar. §. Homicidiū, et Quæst. 84.*

*standum
ntur, ta-
discrimen
e docent,
roposue-
agnoue-
t, culpa-
vt pri-
um exi-
culpabi-
incurio-
contra-
n, ac ma-
ilium at-
in cul-
in cri-
ndis pro-
tionis dif-
abet; □
rius, aut
nec enim,
aut
caetibus
qui con-
t, morte,
omnium
publica-
os autem,
venia, et
te dignos
t. contra-
Homicidi
4.*

*aut severitatis, aut clementiae gloria affectanda est;
sed per pensò iudicio prout quaeque res expostulat statu-
endum est. Plane in leuioribus causis proniores ad
lenitatem iudices esse debent, in grauioribus poenis se-
veritatem legum cum aliquo temperamento benignita-
tis subsequi □ (1).*

*Ex huiusce legis praescripto manifesto apparet li-
cere iudicibus esse aequis, at non item apparet, quae-
nam sint leuiores causae, in quibus proniores ad le-
nitatem iudices esse debent, quaeve grauiores poenae,
in quibus severitatem legum cum aliquo temperamen-
to benignitatis subsequi.*

*Politici omnes, ac Iurisperiti vna voce conclamant
delicti grauitatem vniuersim aestimandam esse ex ani-
mo, et malitia delinquentis, atque ex grauiori, vel
leuiori detimento, quod inde Ciuitas capit (2).*

*Equidem, si cui delicto poenam constituentes Le-
gislatores, omnes delicti ipsius circumstantias animo
comprehendere, complectique possent, ac singillatim exponere, nequid loci interpretationi supereret, nihil
ambigerem quin singulae legum voculae, ac litterulae
iudicibus essent religiosissime persequendae; ne-
que difficile assentir eos nihil aliud esse, quam ora
legum verba ex se se emittentia, atque inanimas
quasdam machinas, quae ad leges ipsas exequendas
adhibeantur (3); sed quia id fieri nullo modo vide-
tur posse, et leges ipsae iis solum, quae vulgo acci-
dunt,*

C 5

(1) *L. II. ff. de poenis. Chap. 13. §. 171.*

(2) *On doit faire atten-
tion à la nature du delit,
et le punir à proportion
de ce qu'il intéresse la
tranquillité publique, la sa-
lut de la société, et de ce
qu'il annonce de méchan-
ceté dans le coupable, Vat-
tel droit des gens livr. I. Chap. 13. §. 171.*

*Vide Burlamay. Princi-
pes du droit politique Chap.
4. §. 30. et sequ. □ Grot.
de J. B. et P. Lib. 2, Cap.
20. §. 28., et seq. □ Puf-
endorf de J. N. et G.
Lib. 8. Cap. 3. §. 18.*

(3) *Montesquieu Esprit
des Loix Livr. 22. Chap. 6.*

dunt, consulunt (1), iudices legislatoris mentem pro aequitate sua explorare necesse est, atque omnes criminis circumstantias aequis examinare ponderibus: aliquando enim nonnisi per summam iniuriam legis litteram sequi licet (2).

Ea est humanarum legum conditio, inquit Cellerimus *Montesquieu*, ut omnibus euentuum, et casum vicibus subliint, et pro humanarum voluntatum variatione, et ipsae varientur (3): *Celsus* vero lege XVII Digest. (4) testatur legum conditionem non ex earum verbis, sed ex vi, ac potestate pendere.

Reuera, vt de peculiari poenarum genere loquar, pecuniariarum aequalitas locum non habet, nisi in ea societate, vbi locum pariter habeat bonorum aequalitas. Quae enim poena inopi grauissima, eadem, immo etiam multo grauior opulento leuissima accidet, ac propterea ad primum, non item ad alterum in officio continendum valebit.

Atque hoc percommode cadit, quod apud Heinecium (5) legitur de Neratio quodam Equite Romano, qui obuium quemque colaphis per ludum, et iocum excipiebat. Quid deinde? viginti, et quinque asse, ea enim multa fuerat lege faneita, homini numerari iubebat a seruo, abs quo assibus propterea onussto vbique deducebatur: vt Legislatorem videretur festi-

ve

(1) *Neque Leges, neque veniunt in iudicium, sed Senatus Consulta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, sed sificit et ea, quae plerumque accident contineri.* L. IO ff. de Legib.

(2) *Non enim ex verbis pendet ius, sed verba serviant hominum consiliis, et auctoritatibus; nev verba*

(3) *Esprit des Loix Livr. 26. Cap. 2.*

(4) *Scire leges non (hoc) est, verba earum tenere,*

sed vim, ac potestatem. l. 17. ff. de LL.

(5) *De J. N. et G. lib. 2. Cap. 8. §. 164*

pro
cri-
bus:
legis
Cele-
casu-
atum
lege
on ex
quar,
in ea
equa-
n, im-
cidet,
in of-
inec-
nano,
ocum
asses,
erari
nusto
festi-
ve
, sed
verba
, Cic.
Livr.
(boc)
enere,
em. l.
C. lib.

ve monere velle, quam parum ea multa ciuium ge-
nis consuluisset, abs quibus leues tantum, ac vacuas,
non item graues, ac plenas manus arceret.

Quare ex causa, persona, loco, tempore, qualitate,
et euentu delictorum est sine grauitas, sine leuitas
metienda, quod Claudio Saturninus in Digestis (1)
egregie docuit.

Atque imprimis quod ad caussam attinet, fac il-
lud diligenter inquiras, quam quisque voluntatem,
quemue animum ad noxam nocendam attulerit: Ver-
bera, etenim a Parente, vel Magistro allata impanita
sunt: quoniā emendationis, non iniuriae gratia vi-
dentur adbiberi: puniuntur, cum quis per iram abex-
traneo pulsatus est (2). Praeterea Diuus Hadrianus
rescripsit eum qui hominem occidit, si non occidendi
animo hoc admisit, absolvi posse: et qui hominem non
occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida dam-
nandum; et ex re constitendum hoc. Nam si gla-
dium strinxerit, et in eo percusserit, indubitate occi-
dendi animo id eum admisisse; sed si clavi percusserit,
aut cucuma in rixa quamvis ferro percusserit: tamen
non occidendi animo, leniendam poenam eius, qui in
rixa causa magis, quam voluntate homicidium admi-
sit (3).

Ex quo illud quoque consequitur, si quis quid pec-
cauerit, ut praesentis mortis periculum propulsaret,
vel ut immensis doloris impetum frangeret, vel ut
extremae egestati consuleret, maximam peccati excu-
fationem habere. Quis enim eodem loco numeret
fruges in alieno agro metentem, ut habeat unde ve-
scatur, atque cupedias alieno in promptuario decer-
pente, ut habeat, unde helluetur? aurum, argen-
tumque surripiantem, ut ad vitae necessitates vta-
tur, atque alienas pecunias suis accumulantem, ut
potia-

(1) Vide l. 16. ff. de poenis.

poenis.

(1) L. 1. ff. ad L. Cor.

(1) Dic̄ta l. 16. ff. de nel. de Sicar.

potiatur, et contempletur? Immo vero leuioribus noxiis grauiores poenae debentur, si a detiore animo, et consilio sint profectae (1): quo Seneca de Ira peracute animaduerit. (2): *Nonnumquam magna scelerata leuius, quam minora compescere decet, si illa lapsu, non crudelitate commissa sunt: bis inest latens, et operta, et inueterata calliditas.* Idem delictum in duobus non eodem malo afficit, si alter per negligentiam admisit, alter curauit, ut nocens esset (3). Quare Ciceronianum illud (4): *erravi, temere feci, lapsus sum, non putavi, si unquam postbac etc. non solum apud parentem, vt ipse aiebat, sed etiam apud iudicem, valere arbitror oportere.*

Persona dupliciter spectatur: eius, qui fecit, et eius, qui passus est. Persona eius, qui fecit, spectatur quoad omnes circumstantias personam affidentes, atque ab Rhetoribus fuse enumeratas, qui consuli posunt, modo necius nomen, aut figura, aut lineamenta, aliaque id genus inter huiusmodi circumstantias numerentur, quod a plerisque Rhetoribus pernique, et perridicule factum est: apposite ad rem PVFFENDORFIVS: Quia tamen eadem poena non omnes aequa afficit, adeoque apud omnes non parent effectum producit circa reprimendam peccandi libidinem, inde tam in generali poenarum designatione, quam earumdem ad singulos applicatione respicienda est persona ipsius delinquentis, et in eadem illae qualitates, quae sensum poenae augere, vel minovere possunt.

(1) In omni iniustitia quae meditata, et praeparata pernultum interest, utrum perturbatione aliqua animali, quae plerumque breuis est, et ad tempus, an consulto, et cogitato fiat iniuria: leuiora enim sunt ea, quae repentina aliquo motu accidunt, quam ea,

(2) Lib. 1. Cap. 16.

(3) Vide Grotium de J. B. ac P. lib. 2 Cap. 20. §.

28. et sequent. = Heinec. in eundem.

(4) Pro Q. Ligario n. 10.

possum
Ita C
tia ex
lis est
(3).
vices
excusi
dicum
Praet
dum
Nam
perpe
multu
fines.
endi v

Omni
Crime

Cuius
affert
licet, et
ea loci
grauiu
in ciuit
enim fi
bit, que
ri? Ita
judice
iniuriis

(1) lib. 2.

(2) .

(3) .

Cor. de

(4) L
et l. 37.
nor.

Clar.

possunt jura aetas, sexus, status, opes, vires et similia (1). Ita Cicero Marci Coelii amores ab ipsius adolescencia excusare conatus est. Infantia quoque excusabilis est: Nam, ut inquit Clarus (2): quidquid vides ignorat (3). Pueri vero maiores decimoquarto, sed minores vicefimoquinto anno tametsi instar infantium non sunt excusabiles, tamen propter aetatis imbecillitatem indicum arbitrio paulo clementius habeantur (4). Praeterea dandum aliquid sexui, multum concedendum conditioni, educationi, disciplinae consuetudini: Nam mulierculae ex. gr., rudit ingenii homines, ac perperam instituti, cum male moratis hominibus diu, multumque versati vtpote qui iuris, atque iniuriae fines non satis apte discernant, mitiori poena afficiendi videntur (5). Quare Iuuinalis (6).

*Omne animi vitium tanto conspicuus in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.*

Cuius quidem sententiae caussam satis probabilem assert Cicero inquiens *virum magnum bis peccare facto sci-
licet, et exemplo* (7) Qnod si vir magnus eum in Republica locum teneat, vt in aliena peccata animaduertat, grauius quoque peccat; nam et potestate sibi credita in ciues abutitur, et pro ciuibus vix vtitur. Qui enim furacissimus iudex repetundarum fures damna-
bit, quin intelligat eadem sententia se quoque damna-
ri? Itaque furtum, et quaevis alia iniuria ciuibus ab
iudice facta grauissima est, quum judicis sit ciues ab
iniuriis integros, inuiolatosque praestare. Rei quo-
que

(1) *De Off. Hom. et Civ.* lib. 2. Cap. 13. §. 18.

Matth. de Crim. Cap. 2. n. 2.

§. qui doli etc. Heinec. ad
Grot. lib. 2. C. 20. §. 31.

(2) *Quaest. 60.* (5) *Grot. de J. B. ac.
P. lib. 20. §. 31.*

(3) *L' infans ff. ad L.
Cor. de sic.* (6) *Satyr. 8. vers. 140.
et 141.*

(4) *L. 107. ff. de regiur.
et l. 37. §. final. ff. de mi-
nor.* (7) *Lib. 3. de LL.
Vide Plat. de LL. lib. 9.*

Clar. loco supra cit. II

que conditio crimen auget, vel minuit: aliter enim puniuntur ex iisdem facinoribus serui, quam liberi, Reuera cui grauius non videtur inferioris, quam aequalis, aut superioris maledictum? crescit enim contumelia ex persona eius, qui contumeliam fecit (1).

Persona eius, qui passus est, spectatur ex vinculis, ob quamcum persona eius, qui fecit, cohaeret: Aliter (punitur) qui quid in dominum, parentemque auctus est, quam qui in extraneum, in magistrum, vel in priuatum.

Locus facit, ut idem velsurtum, vel sacrilegium sit, & capite luendum, vel minore supplicio. Siquis instar Ciceroniana illius Clodiae (2) non modo solitudinem, ac tenebras, atque haec flagitiorum integumenta non querat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate, & clarissima luce latetur, eum seuerius plecti volo. Perniciose enim meretur de Republica, quod non solum vitia concipit ipse, sed ea infundit in Civitatem, neque solum obest, quod ille ipse corrumpit, sed etiam, quod corrumpit, neque solum peccato, sed etiam exemplo nocet. An is aliquando resipiscet, qui pudorem procul abiecerit, quo tantum fræno plerique hominum in officio continentur? Sic qui in Theatro, vel in Foro cœdit, & vulnerat, quamquam non atrociter, atrocem iniuriam facit (3). Sic in confessu iudicium pulsari gravius est, quam intrapriuatos parietes (4). Quintilianus (5) inquit: Petulantia aliis locis mediocrem habeat reprobationem. In templo vero, in quo verbis parcimus, in quo animas componimus, in quo tacitam etiam mentem nostram custodimus, pulsare velut in solitudine, velut in secreto quodam non est ferendum. Cicero vero Aetione sexta in C. Verrem (6) ipsum cruce dignum propterea iudicat, quod Gauio ciui Romno crucem in ea parte fixisset, quæ ad fretum spectaret, ut qui se civem

Ro

(1) L. 17. ff. de iniur.

L. 17. §. 3. ff. de iniur.

(2) Pro M. Cælio n. 20.

(5) declam. 264..

(3) L. 9. §. 1. ff. de iniur.

(6) N. 66.

(4) L. 7. §. 8. l. 9. §. 2.

Rom
domi
emam
num
quod

(1)
de G
tum
nomi
hostis
homini
ni lib
Quid
Mam
infis
sent
Pomp
parte
turn f
dere,
modo
audie
te id
ligere
Roma
cruce
donu
posset
la, Iu
Messia
est. Ita
rem a
ille in
morie
div sa
ris iur
autem

Romanum esse diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum suam prospicere posset (1). Tempus discernit emansorem a fugitivo, & effractorem, vel furem diurnum a nocturno. Duodecim tabulae nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem si se telo defenderit in-

(1) Sed quid ego plura virtutis extremo, summoque de Gauio? quasi tu Gavio suppicio affectum videret. tum fueris infestus, ac non nomini, generi iuri ciuium Facinus est vinciri ciuem Romanum: scelus verberari: probe parricidium necari: quid dicam in cruce tollere? verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit bis omnibus iste cantentus. Spectet, inquit, patriam: in conspectu legum, libertatisque moriatur. Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem nescio quem ciuem Romanum, sed communem libertatis, & ciuitatis causam in illum cruciatum, & cruce egisti. Iam vero videbit hominis audaciam. Nonne eum graviter talisse arbitramini, quod illam ciuibus Romanis crucem non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere? quod enim his locis in provincia sua celebritate similimum regione proximum potuit, elegit: monumentum sceleris, audaciaeque sue

m p...
ra cui
is, aut
persona
o quae
natur)
in ex-
um sit,
instar
dinem,
ta non
elebri-
plesti
quod
n Ciui-
trumpi-
peccata
o refi-
stantum
ur? Sic
quam-
). Sic
a intra-
it: Pe-
sionem.
to ani-
nostram
secretos
e sexta
opterea
a parte
e civi-
Rō
iur,

intersici impune voluerunt (1). Quid ita? quia *vt ingulenti homines surgunt de nocte latrones* (2); homines autem, *vt se ipsos suaque servent, non expurgiscuntur.* Nox enim, & proiectiores ad vim inferendam, & imparatiores ad repellendam homines facit; vt potest qui inter quietem, & silentium nihil huiusmodi reformident. Temporis igitur opportunitas loci commoditatem quum suppleat, noctuabundi latrones sunt instar infidiorum ex infidiis nec opinatio erumpentium, ac viatores a tergo ad orientium: qua cogitatione, *vt dixi*, incredibile est, quanto magis humana peruersitas ad quodcumque facinus audendum corroboretur. Vulgo nota est Platonica de Gygis annulo fabula (3). Ex aliis quoque temporum circumstantiis quamplurimum momenti peccatis accedere quidam sunt opinati; si videlicet inter festorum dierum, sacrorumque celebritates, inter naufragia, inter incendia, ruinæisque peccetur. Deo enim ac hominibus plus iniuria fit, quorum alter debito cultu, alteri vero necessaria ope fraudantur: imo vero alter despiciatur ducitur, quod impium, alteri urgenter iacentes, & præcipitantes impelluntur, quod inhumanum est.

Qualitate, cum factum vel atrocius, vel leuius est: vt furtæ manifestæ anec manifestis discerni solent, rixæ a grossaturis, expilationes a furtis, petulantia a violentia. Si quis ex. gr. effractis foribus, perfossisque parietibus in alienam domum irruerit, dominum, familiamque vexauerit, *vt latrocinetur*, longè abest ab eo, qui apertam in domum furtum irrepens quidquid expostum nanciscitur, Lacedemonum more surripit, atque imprudentibus dominis clam elabitur sarcinulam positus.

Quan-

sue voluit esse in conspectu (1) *L. 4. ff. ad L. Aqui-*
Italiæ, vestibulo Sicilie, liam.
prætervectione omnium, qui (2) *Horat. epist. 2.*
ultra, citroque nauigarent. (3) *Cic. Lib. 3. Offic. C. 4.*
Cic. loco suprac.

sciem
abige
enun
tus si
plura
raffe
aber

Eu
qui o
qui o
ne co
si ani
men
optati
nis su

Sec
non n
fuerit
vtrum
delicti
quo j
tantum
ex in
Quo i
eius p
modum
poena

Nor
abire,
laefae
leuius
oporte
ne ign
Quare
traria :

(1)

Quantitas discerit furem ab abigeo: nam qui unam suem subripuerit, ut fur coeretur: qui gregem, ut abigeus. Quantitas vero multo latius patet: neque enim solummodo respicit quantum, sed quoties furtus sit, quum farta ab eodem saepius repetita, quo plura eo grauiora numerentur; cum aliquando ignorasse quid vita exigat hominis sit: at in iisdem rebus aberrasse emotae est mentis (1).

Euentus spectatur; quamquam lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam eum, qui occiderit puniat. Quod quidem cum ratione plane consentire videtur. Quum enim crimen sit factum, si animi cogitationi corporis actio adiungatur ad crimen ipsum perficiendum, tametsi huiusmodi actio optatum exitum non habuerit, tamen legitimis poenis subsit necesse est.

Sed hic animaduertas peruelim, quamquam lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam eum, qui occiderit puniat, tamen utrumque iisdem poenis non esse subjiciendum. In delictis, inquit Saturninus, euentus spectatur; ex quo jure optimo consici poenae grauitatem, non tantum ex delinquentis animo estimandam, sed etiam ex incommmodo per delictum in Ciuitatem inuecto. Quo igitur actio ad crimen perficiendum directa ab eius perfectione longius aberit, eo leuius incommodum in Ciuitatem inuehetur, ac propterea leuior poena in reum constituenda.

Non me latet Iurisperitos in plures distinctiones abire, atque imprimis docere grauiora crimina, ut laesae Maiestatis, grassationes, prodiciones etc. non leuius meditara, et cogitata, quam perfecta puniri oportere. Quibus vero rationibus id doceant, plane ignoro: neque enim yllas haec tenus attulerunt. Quare id mihi non grauate concedant, ut in contraria sententia, & acquiori, & humaniori tamdiu

D

ma-

(1) Puffendorf, de J. N. & G. lib. 8. cap. 3. §. 22.

maneam, quamdiu rationum ab ipsis excogitarum vis inde dimouerit.

Quibus tamen animaduersionibus caueant judices, ne quando sic abutantur, ut contrarium legum verbis iudicium ferant. Licet enim singulae leges infinitis prope modum rerum circumstantiis conceptis verbis consuere non potuerint (1); tamen legum ipsarum corpus aequitatem vniuersim praescribit; ex quo facile apparet, quid in causis dijudicandis potissimum sequendum iudicibus sit.

Quamobrem et si singulae leges singulas hypotheses aperte non complestantur, tamen pluribus inter se collatis legibus, atque inuicem declaratis, dubitari non potest, quaenam sententia pro quaue rei circumstantia iis subsit. Quod si judices ex ciuilibus legibus non satis documenti capere posunt ad feren dam sententiam, ciuilium legum fontes, hoc est naturalis, & gentium juris principia adeant, ex iisque hauriant quidquid ad quamque rem opus est; vtrinque enim leges omnes ciuiles fluxerunt, ad nosque manarunt.

Mortis equidem poena ex praestantissimorum auctorum sententia numquam esset constituenda, nisi cum delicti genus, & legis verba id necessario postularent. Tunc enim judex nihil se aliud, quam legum vindicem praestat. Quod si forte aliqua criminis habenda sit ratio, aut lex interpretatione indigeat, poenae legibus constitutae sunt potius mollienda, quam asperanda (2).

Re-

(1) Non possunt omnes articuli singillatim aut Legibus, aut Senatus Consultis comprehendendi; sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui iurisdictioni praestat, ad similia procedere, atque ita jus

dicere debet. L. 12. ff. de LL.

(2) Interpretatione legum pœnæ molliendæ potius quam asperandæ. L. 42. ff. de pœnis.

In pœnalibus causis benignius interpretandum. L. 105. ff. de reg. jur.

Re
securi
ciant,
extre
cet al

At
ceri,
rem
tam p
judicu
tione

Vid
Jembac
tationis
Pande
Reg. It
gesst c
remitte
dam ce

24. § 6.
lum de
(1) L

si nocen
nam m
possint,
concedi
magis e
puniri.
Lib. 12.

Les p
but que
mêmes c
droient
ne sont
qu'elles
les bornes
quand a

Reuera cum poenae non id tantum intueantur, vt securiorem Ciuitatem, sed etiam meliores ciues efficiant, ad capitale supplicium nonnisi, tamquam ad extremum remedium deuenire fas est; cum videlicet aliter consuli Reipublicae nequit (1).

At sunt qui ita existiment non posse crimina coerceri, nisi grauissimae reis poenae inferantur; sed quia rem momentis ponderabit suis, facile intelliget, noutam poenarum grauitatem (2), quam perpetuam judicium constantiam in poenis ipsis sine vlla exceptione distribuendis ad aliorum exemplum valere (3):

D 2

Quo-

Vide Iob. Iacob. Weissembachium in suis exercitationibus in extrellum Pandectarum librum de Reg. Iur., qui multas concessit causas, ob quas aut remittendam, aut mitigandam censet paenam. Disput. 24. §. 6. & 7.: & Tiraquelum de paenis temperandis.

(1) Nemo dubitalit, quin, si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse interdum conceditur, saluos esse eos magis e Republica sit, quam puniri. Quintil. de Orat. Lib. 12. Cap. 1.

Les peines n'ayant pour but que de detourner des mêmes crimes ceux qui voulaient les commettre; elles ne sont permises, qu'autant qu'elles se renferment dans les bornes de ce but; ainsi quand des peines d'une cer-

taine force suffisent, des plus fortes sont illicites. Mais si l'on ne peut venir à bout de reprimer certains crimes sans y employer des peines capitales, elles sont alors licites. Formey principes du droit naturel Chap. 3. §. 87.

(2) Seueritas quod maximum remedium habet, assiduitate amittit auctoritatem. Seneca de Clem. lib. 1. Cap. 21.

Trop de rigueur contre un coupable revolte l'humanité, d'autant plus qu'il n'est pas trop bien décidé par les principes du droit naturel à quel point la vie d'un homme est au pouvoir des autres hommes. Bielfeld. inst. polit. Chap. 4. §. 33.

(3) Nihil est, quod tam de-

arum
dices,
is ju-
rope-
onfus-
cor-
facile
m se-
cheses
ter se
bitari
i cir-
ilibus
erent-
c est;
, ex
s est;
, ad
n au-
ni nisi
o po-
quam
a cri-
e indi-
llien-

Re-
le LL.
e le
potius,
42. ff.
sis be-
m. L.



Quoties enim judicum misericordia male collocata grauissimam Ciuitati perniciem affert (1)! Impunitatis enim spe proposita improbitatem non elidunt, atque opprimunt, sed potius alunt, ac firmius indies corroborant (2).

Impunitas autem non solum honestam ob causam, cuiusmodi sunt eximia Rei in Rempublicam merita, vel percommoda criminis circumstantiae (3), vel alia huiusmodi, ut nihil loci cuiusquam auctoritati, vi, potentiae, gratiac relinquatur, sed etiam legitima potestate est concedenda (4). Quorum alterutrum, vel vtrumque si negligatur, et ius gentium violari, et iustitiae aequalitatem turbari, adeoque arctissimum Rerumpublicarum vinculum dissolui necesse est.

Neque haec perinde dico, quasi misericordiam, et clementiam procul a foro abesse iubeam; sed illud mo-

*deceat, quam omni in refer-
uare constantiam. Cicero
lib. 1. Officior.*

(1) *Benefacta male loca-
ta, malefacta arbitror.
Idem Cicer. lib. eod.*

(2) *Impunitate nihil pe-
riculosius est, que semper
ad deteriora prolabitur. Ex
libris Apophteg. collect. a
Bartolom. Magio, & alio
loco. --- Impunitae ini-
uriae exemplum omnibus
in iniuriam minatur. Ete-
nim si liceat impune lae-
dere, quis tutus erit ab im-
proborum violentia?*

(3) *Vide Grotium de
J. B. ac P. lib. 2. Cap. 20.
§. 26.*

Puffend. de off. hom. et

*civ. lib. 2. Cap. 13. §. 15.
Burlamaqui principes du
droit politique chap. 4.
§. 43.*

(4) *Gribner princip.
Jurisprud. natur. lib. 2.
Cap. 3. de Jure Maiesta-
tis §. 5.*

*Negari nequit, ei qui
legem fert, ius etiam esse
eidem ob iustas causas de-
rogandi, quin eam plane
abrogandi: multo magis
eidem licebit aliquem de-
linquentem ob iustas, et
graues caussas ita lege sol-
vere, ut ei gratiam poe-
niae faciat. Heinec. de Ju-
re N. et G. Lib. 12. Cap.
8. §. 158.*

Grot. de indulgen. §. 1

mon
trem
long
te in
seuin
vehes
spoli
bi ne
rafiss
intell
Sed i
punis
turna
auri,
tur (3)

Et c
tuimu

descri

(1)
uerter
ni, pr
das, /
elles, /
quorun
parcen
fima i
luit,
etiam
tutur;
numqu
potest.
pub. li

(2)
indica
mum
in alio
cum ip

moneo, ac denuncio, vt hac in re, vti in caeteris, extrema, in quae et saepe, et facile inciditur, iudices longe refugiant, atque ita statuant neque ab aequitate mansuetudinem, neque seueritatem ad humanitatem seiuengendam (1). Nam illis quidem iudicibus non vehementer irasci non possum, qui cum ipsi egentium spoliis incedant onusti si quem egestate compulsum sibi necessarium, aliis vero superuacaneum quid corrasisse deprehendant, de eo seuerissime iudicant, non intelligentes quanto de se ipsis seuerius iudicent (2). Sed multum, diuque latrocinandum est, vt iniuria impunita discedat: obmutescunt enim leges inter diuina, ac immania latrocinia, vel si hiscere audent, auri, argenteique sonitu obstrepuntur, ac obruuntur (3).

Et quando de poenarum modo verba facere insti-
tuimus, abs re erit paeclarum Vattel sententiam hic
describere. „Cum criminalem veterum Romanorum

D 3

„con-

(1) Raro morte animad-
uertere consueuerunt Roma-
ni, præterquam in parrici-
das, homicidas, & perdu-
elles, similesque facinorosos,
quorum vitæ neutquam
parcendum esset. Sed pes-
sima iam consuetudo inua-
luit, vt minimarum rerum
etiam fures morte plectan-
tur; & eripiunt id, quod
numquam mortalibus reddi
potest. Patrit. de Inst. Rei-
pub. lib.

(2) Unusquisque de alio
indicaturus de se ipso pri-
mum iudicet, nec minora
in alio errata condemnet,
cum ipse graviora commi-

serit. D. Ambros. apolo-
g. David. Lib 2. Cap. 1.

(3) Ingentes divitiae (in
quit (Cic. act. 6. in Ver-
rem) iudiciorum religio-
nem, veritatemque solent
perfringere.

Recte refert Patritius:
Anacharsem auditio Solo-
nen legibus scribendis apud
Athenienses incumbere, im-
pense eius operam, ac dili-
gentiam irrisisse, afferens
leges illas aranearum telis
similes esse futuras, que
minora volatilia compre-
henderent, scinderentur
autem a maioribus. Lib. 1.
de Inst. Reipub.

locata
Impu-
dunt,
us in-

usam,
herita,
, vel
oritati,
gitima
trum,
iolari,
imum
m, et
illud
mo-

§. 15.
pes du

sp. 4.

incip.
lib. 2.
iesta.

ei qui
m esse
as de-
plane
magis
n de-
as, et
ge sol-
poet-
le Ju-
Cap.

§. 1



„confuetudinem, religiosamque humani sanguinis
 „parsimoniam reputamus, satis mirari non possumus,
 „eur hoc aevo plerisque in Civitatibus tam facile pro-
 „fundatur. An illius Reipublicae politia informis
 „erat? an res nostrae compositiones, ac tutiores?
 „ego quidem sic existimo, potius iudicum in poenis
 „repetendis sedulitate, quam poenarum ipsarum atro-
 „citate ciues in officio contineri. Si enim extremo
 „suppicio furtum punitur, quoniam suppicio homici-
 „dium punietur (1)?

Sed quanto humanior, atque aequior haec, tanto
 inhumanior, atque iniquior est illa sententia, quae
 simplices fures capite damnare non perhorrescit (2).

Si

(1) *Quand on réséchit sur la pratique criminelle des anciens Romains, quand on se rappelle leur attention scrupulente à épargner le sang des Cityens, on ne peut manquer d'être frappé de la facilité avec laquelle il se verse aujord'hui dans la plupart des Etats. La République Romaine étoit elle donc mal polieë? Voyons nous plus d'ordre plus de sûreté parmi nous?* C'est moins l'atrocité des peins, que l'exactitude à les exiger, qui retient tout le monde dans le devoir. Et si l'on punit de mort le simple vol que réserve-ra-t-on pour mettre la vie des citoyens en sûreté? Vat- tel. le droit des gens. Lib.

1. chap. 13. §. 171.

(2) *L'équité naturelle vent qu'il y ait une proportion entre le crime, & le châtiment. Les vols complices, meritent la mort: Ceux qui se commettent sans violence ont des côtes par les quels on peut envisager avec compassion ceux qui en sont coupables. Il y a l'infini entre le destin d'un riche, & d'un misérable. L'un regorge de biens, & nage dans le superflu: l'autre abbandonné de la fortune, manque même du nécessaire: qu'un malheureux dérobe pour vivre quelques pistoles, une montre d'or, ou pareilles bagatelles à un homme, que sa magnificence empêche*

Si qui
 qui f
 tur:
 peran
 famo
 bis lo
 placu
 facin
 ptorus
 micid
 pati v
 ribus,
 Nequ
 redi
 satis d
 lamus
 sunt, j
 nam r
 ergo la
 etum i
 dissim
 ficiem
 Huc
 flittutio
 to aut
 empêch
 de cett
 ce mij
 a la m
 exige t
 cisse ce
 Il paro
 on fait
 vres ne
 droit a
 t-on d
 de notr

Si quosdam Iurisperitos, vel potius imperitos audias, qui furtum ter fecerit *famosi latronis* nomen mereatur: quam quidem opinionem animo imbibierunt perperam interpretantes legem 28. Digest. de poenis §. *famosos*. Ea enim lex ita habet: *Famosos latrones in his locis ubi grassati sunt furca figendos compluribus placuit: ut et conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, et solatio sit cognatis, et ad finibus interemptorum eodem logo poena reddita, in quo latrones homicidia fecissent*. Quae lex nullam interpretationem pati videtur posse; satis enim perspicue non de furibus, sed de latronibus, siue grassatoribus loquitur. Neque vocabulum illud *latrones* meri furis vocabulo reddi vnuquam poterit; nam ipse legis contextus id satis declarat, quin latinae linguae interpretes confundamus; inquit enim *latrones in iis locis ubi grassati sunt, furca figendos*; præterea addit: *eodem loco poemam reddendam, in quo latrones homicidia fecissent*; ergo latrones, siue grassatores intelligit. Quod si adiunctum illud *famosos* spectare velimus, multo commodissimas simplicibus furibus consecutiones inde conficiemus.

Huc præterea accedit ex *Nouellis Iustiniani Constitutionibus CXXXIV-* cap. 13. sic exposita. *Pro furto autem nolumus omnino, quodlibet membrum abscondi,*

D 4 di,

empêche de s' appercevoir de cette perte, faut il que ce miserable soiil devoré à la mort? L'humanité n'exige t' elle pas qu'on adoucisse cette extrême rigueur? Il paroit bien que les riches on fait cette loi; les pauvres ne seroient ils pas en droit de dire -- que n'a-t-on de la commiseration de notre état déplorable?

Si vous étiez charitables, si vous étiez humains, vous nous secourriez dans nos misères, & nous ne vous volerions pas parlez; est il iuste que toutes les felicités de ce monde soient pour vous, & que toutes les infortunes nous accablent? L' auteur de la Dissertation sur les raisons d'établir, ou d' abroger les loix.

uinis
mus,
pro-
rmiss
res?
penis
ntro-
emo
nici-
anto
quae
(2).
Si

uelle
pro-
&
com-
ort:
tent
côtes
en-
fession
bles.
e de-
d'un
orge
s le
ndo-
nque
u' un
pour
oles,
pa-
bom-
cenc
mpè

di, aut mori, sed aliter eum castigari: ac paulo post edifserit, quosnam fures vocet: *Fures autem vocamus qui occulte, et sine armis huiusmodi delinquunt.* Quae Constitutio ab Auctore ipso sic declarata, satis manifestum discrimen inter *latrociniis*, et furti poenam constituit, quum furi non modo *caput*, sed ne *vllum* quidem aliud *membrum* amputari patiatur. Et quando de furtis incidit mentio, non possum ab vna quaestione sane grauissima discedere, quin ad alteram aequaque grauem accedam. Sicubi enim multa furta numerentur, quotquot fures comprehenduntur, eo gravius puniri solent, quo plura furta numerantur: quod quidem valde dubito, an ius, fasque sit. Quae^o enim qua de caussa grauius puniantur? Sane non alia de caussa, nisi quod plures alii sint furati. Igitur non ob sua, sed ob aliena furra grauius puniuntur, qui, si soli furati essent, leuius punirentur. Alienorum autem furtorum non magis arguendus qui vnum, vel alterum, quam qui nullum vnamquam commiserit. Quare gravior poena, quam leges sanctiant, ei imposita, qui furatus sit, et poena, quam leges non sanctiant ei imposta, qui furatus non sit, aequa iniusta est. Paucis: non minus iniuriae sit ei, qui ob aliena, quam qui ob nulla furta punitur, nisi si furta ob furum societatem in vnam veluti massam coaluerint. Quidquid autem de furtis haec tenus dixi, de aliis quoque criminibus dictum volo.

Erunt fortasse, qui legem ab Claudio Saturnino latam (1) huc trahant. Ea enim ita concluditur: *Euenit, ut aliquorum maleficorum supplicia exacerbentur, quoties nimirum multis personis graffantibus exemplo opus sit.* At ego illam legem, si modo lex est, non aliter intelligi volo, quam forense illud effatum; *Crescentibus delictis exasperantur pena;* de quo fusius infra. Quare illuc legentem reiicio, eandem cantilenam ne canam; *vt propterea quamlibet multæ persona*

(1) L. 10. ff. de pœnis.

me
fit,
sed
i
trans
mode
turni
sustin
bum
idem
super
in q
Afric
la su
innu
quod
Sa
quan
a fun
,, ne
,, Ca
,, co
,, to
,, nu
,, cer
Ita
hil re

(1)
parm
la me
vole
d' a
asse
pour
faudi
differ
A la
eruel

nae grassentur, quamque libet severo exemplo opus fit, maleficiorum quidem supplicia exacerbanda sint, sed ita, ut caueas, nequando lineas lege præscriptas transcurras; imo ut citra eas confistas. Inquam si modo ea lex est. Nam mihi quidem Claudius Saturninus non Legislatoris, sed Historici personam ibi sustinere videtur: quod satis aperte declarat tum verbum *evenit*, quo initio eius sententiae vtitur, tum idem verbum, quo pariter utitur sententiae proximæ superioris initio inquiens. *Evenit*, ut eadem sceleræ in quibusdam provinciis gravius plectantur, ut in Africa missum incensores, in Misia vitium: ubi metallæ sunt, adulteratores monetæ: ut potius, quid fieret, innuat, quam quid faciendum esset, decernat, vel quod iam fieret, probet.

Sane Montesquieu allatis exemplis planum facit, quam parum sibi consulant ex Ciuitates, quæ æquas a furibus, ac grassatoribus poenas repetunt. „In sennensi enim Imperio, vbi non furta, sed latrocinia Capitalia sunt, furta quidem, non latrocinia sunt; contra vero in Moscovia, vbi furum, & grassatorum æqualis est poena, quotidianæ grassationes numerantur. Hi enim dictitant mortuos nihil his cere. (I).

Iteratis quidem delictis grauior poena debetur; nihil repugno; at idem ipse valde dubito, an iudici

D 5

ceat

(I) C'est un gran mal, ceaux, les autres non: cest parmi nous, de faire subire la même peine à celui qui vole sur un grand chemin, à icelui qui vole, & pour la sûreté publique, il faudroit mettre quelque difference dans la peine. A la CHINE les voleurs cruels sont coupés en mor-

te différence fait que l'on y voie; mais que l'on n'y assassine pas. En MOSCOVIE, ou la peine des voleurs, & celle des assassins sont les mêmes, on faudroit mettre quelque assassin toujours, Les morts, y dit on, ne racontent rien. *Esprit des Loix* liur. 6. chap. 16.

ceat omnis' delicti poenam ad extremum' provehere. Omnis enim poenæ æquitatem defendere barbarorum est, inquit idem Vattel, humanitatis, iurisque naturalis expertum, tum vel maxime, cum reus meritam poenam primo cognoscit (1).

Neque vero vulgata, atque inueterata consuetudine illa poena aequior sit. Scitum est, quod Iustinianus Imperator scripsit: *Male adinuenta, malasque consuetudines, neque ex longo tempore neque consuetudine confirmari* (2); quod alii cordati Scriptores consentiunt (3). Nam si poenae cum noxis aequandae sunt, nemo est quin intelligat, quaenam potissimum furta sint grauissime punienda.

Satis perspicue, et firme, ut opinor, ostendi leges pro variis criminum, quae spectant, circumstantiis ab iudice moderandas, et mitiorem in partem interpretandas. Qua potestate si iudex caret, leges a proposito sine longissime aberrabunt, atque ad contrarium tendent. Quamobrem eum instar inanimae cuiusdam, ac brutae machinae orbis suos, conuersionesque confidere non oportet, ac legum cursus temere sequi, sed ratione, et consilio regere, et prout casus inciderit ad finem vnumquemque suum prudenter, sapienterque dirigere (4).

Quid

(1) *Dire que toute peine est juste, quand le coupable a connu d'avance le châtiment auquel il s'exposoit, c'est tenir un langage barbare contraire à l'humanité, & à la loi naturelle etc.*

(2) *Novelle 134. Cap. 1.*

(3) *Leges malæ, & consuetudines tollendæ, quantumvis diuturnæ. Isocrat.*

in Orat. ad Nicocl. -- Danhau. Quest. jur. lib. 5. §. 146.

(4) *Est boni judicis easdem leges ad singula ria hominum facta prudenter pro variis circumstantiis applicare, & accommodare. Plato de LL, lib. 9. -- Cum Summi Imperantes non semper ipsimet punire, ac leges interpretari omni loco queant, consequitur, ut fa-*

Quid igitur? Licebitne etiam' judici legis verba durius, ac asperius quam ferant interpretari, et grauiores ei poenas adjungere? nihil minus. Neque enim eum Legislatorem, sed custodem, ac vindicem fieri volo. Quidquid autem poenae vni legi accumulatur, non nisi altera lege accumulatur. Quare quamlibet reo incommoda, infensa, infestaue criminis circumstantiae videantur, nefas est poenae lege jam constitutae lineas latum unguem, aut transversum digitum transilire (1).

Neque vero quis hoc loco obtrudere ausit tritum illud effatum: *Crescentibus delictis, poenas esse exasperandas*; quod effatum Publici Iuris Consulti perperam usurpantes, a vera eius sententia longe aberrarunt (2). Si enim genuinum eius sensum eruisserint ex Romanis legibus, ac praesertim ex lege Marciani, cuius mentionem superius fecimus, aperite intellexissent in *grauioribus poenis* hoc est, quae *crescentibus delictis* constituuntur, *severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis* esse ab iudicibus subsequendam. Quamobrem ego effatum illud sic interpretor: quo magis *delicta crescunt*, eo minus *benignos* iudices esse oportere; neque tamen delicta ita *crescere* vnuquam posse, nihil ut loci benignitati iudicum relinquatur. Marcianus enim ea lege *poenarum*, ac propterea *delictorum grauitati*, non iudicum benignitati certos fines describit, ut nulla tam gravia delicta excogitari posse videantur, quibus tota iudicum benignitas quodammodo exauriatur.

Tan-

cultas iis sit relinquenda PLVS SEVERE QVE
constituendi judicem leges LES LOIX, EST VN
interpretantem. Gundling. TYRAN.

de J. N. & G. de jure Ma- (2) *Vide Grot. de J. B.*,
jeſti. §. 46. Vide Loke gou- ac P. in lib. de æquitate
vernemt. civil. Chapitr. 13. &c. cap. 1. §. 10. -- *Puf-*
De la Prerogative. fend. de J. N. & G. lib.

(1) QVICONQUE EST 8. cap. 3. §. 23.

Tantum abest, ut per Romanas leges liceat pœnarum modum legibus ipsis præstitutum transire, vt ne attingere quidem liceat, *Iudicium benignitate inter legum severitatem* perpetuo interpolita. Quod sane cum ratione apprime congruit. Neque enim *crescentibus* vt cumque *delictis* pœna exasperari possunt vltra unius legis præscriptum, quin altera lex feratur, ac promulgetur, quod a nostra hypothesi longe abhorret, quum hoc non ad iudicem, sed ad legislatorem pertineat. Quod tamen siquando fieret, reus legibus, quæ nusquam terrarum essent, per summam iniuriam puniretur. Quantulumcumque enim plus pœna daret, quam leges constituant, nullis legibus daret. Legislatores enim grauissimas quasque criminis, quo de legem tulerunt, circumstantias animo præcepisse censendi sunt, ac parem potissimæ earum gravitati pœnam excogitasse; vt & minuenda sit, si quid grauitatis huiusmodi circumstantiis desit, neque, si nihil desit, augenda. Quod si iudici integrum esset pro libidine sua pœnas extendere, atque ad laqueum usque, vel securim producere, neque certa constaret legislatorum, & iudicium auctoritas alteris in alterorum iura tamquam in vacua prædia inuidentibus, neque iudicia legitima essent, vt pote quæ non legitima potestate exercerentur.



QVAE-

An
judic
fines
ab R
nihil
sive,

Q

que e
qui ju
non
paucis

Sed
atque
cum
simul
uerant
gulis
ipsi tr
derant
alienat
quiden
nisi ip
est ciu
hoc ast
autem
regno

(1)

QVAESTIO AD FORI COMPETENTIAM etc.

*An quæstio criminalis (1) instituta in reum ab
judice extra jurisdictionis suæ, sed intra Regni
fines comprehensum possit Regis, vel Senatus
ab Rege delecti auctoritate sic confirmari, vt
nihilominus liceat ad sententiam deuenire,
sue, an reus ab Rege, vel Senatu exige-
re possit, vti hujusmodi quæstionem
irritam esse jubeant.*

Qum de proposita quæstione a nostratis Iu-
risperitis in vtramque partem disputari pro-
ximis superioribus diebus audirem, viderem-
que eam in re judicaria non minimi esse momenti,
qui juri dicundo praeesset, a munere meo alienum
non duxi sententiam de ea meam aperire, quam
paucis exponere aggredior.

Sed paulo altius ejusdem principia repetenda sunt,
atque ab ipsis Ciuitatum initii arcessenda. Itaque
cum primum homines Ciuitates instituerunt, qui
simul in eas coierant, seque mutuis pactis consocia-
uerant, quidquid auctoritatis late dispersum in sin-
gulis inerat, in vnum collectum, congregatumque ei
ipsi tradiderunt, cui Rempublicam gerendam tradi-
derant: quare ius etiam persequendarum iniuriarum
alienauerunt, vt in ciues sibi noxios ne manum
quidem porrigere, neve digitum vertere queant,
nisi publica auctoritate muniti. Igitur vnius Regis
est ciues illæsos, indemnesque praestare: sed cum
hoc assequi nequeat, nisi cognitis caussis, caussarum
autem cognitio, quarum plures in amplio præsertim
regno quotidie cognoscendæ sunt, plures Cognito-
res

(1) Quæstio, quam Iurisperiti Processum vocant.

res requirat, ex ciuibus deligit, quos huic muneri obeundo praeficiat. Ita potestas a ciuibus Regi tradita, a Rege ciuibus ipsis redditur, sed quibusdam finibus circumscripta. Cum enim tradatur ob ciuum diuersa loca incolentium multitudinem, ut sint vbi que qui proprius videant, atque in re praesenti promptius, ac prudentius vel ipsi consulant, vel ad Regem, eiusque Consilium referant, necesse fuit Supremam Curiam in plures inferiores Curias veluti dispartire, ac diuidere, quarum singulae in certos viciniae homines iudicia exercerent. Quare si quis cui ex huiusmodi Curis ab Rege praepositus fuerit, is intelligat Iurisdictionem suam tam late patere, quam late patet vicinia, in qua Curia ipsa, cui praefest, sita est: ut extra eius fines excurrere nequeat, nisi aliorum Iurisdictionem per summam iniuriam violer. At enim Rex non propterea quicquam de iure suo decedit, sed certam in certos ciues, certasque causas aliis potestatem concedens infinitam in omnes et ciues, et causas sibi, vel Senatui a se delecto reseruat: ut Regia, siue Senatoria Iurisdictionio nonnisi regni ipsius finibus terminetur: neque ullus ex ciuibus liberior sit, ac immuniior a supra-ma potestate post, quam ante constitutos in imperio iudices.

Hisce praemonitis ad rem ipsam, de qua agitur, venio.

Tribus de caussis per Romanas leges in reum agere iudicibus licet, vel propter locum vbi delictum commisit (1), vel propter eius domicilium (2), vel vbi reperitur (3). Atque in primis quod attinet ad iudicem, intra cuius Iurisdictionis fines cri-

men

(1) L. 1. C. ubi de Crim. telligitur, ubi vel larem foret, vel maiorem suorum honorum agi oport.

L. 2. C. de Turisdic. omn. partem possider. Perez. in Cod. Indic. lib. 3. tit. 13. n. 18.

(2) Domicilium habere in. (3) Diff. L. 2. Cod. eod.

men
reum
pius a
lius a
quod
plum
terren

At
Rei,
Quare
paerip
Rei v
feceru
quam
quascu
Regni
atque
praesci
que q
vbicun
subest,
bus ,
Cuius
mam r
vtpote
fuerint
referre
hitur ,
hinc ,
inferior
fuerat ,

(1)
dit que
la compa
minelle ,
do la ne
de la com
ceux , q

men commissum est, nemini potius ius agendi in reum conuenire videtur, non solum quod, quo pro prius ad criminis locum acceditur, eo citius, et facilius ad criminis cognitionem peruenitur, verum etiam quod poenae exemplo ibi edito, vbi culpae exemplum editum est, multo vehementius ciues deterruntur (1).

At vero si is tantum eo iure gauderet, quotquot Rei, modo pedibus valuisse, impunes abiissent. Quare legislatores, ut omnem impunitatis spem iis pauperiperent, atque omne perfugium praecluderent, Rei vbiique comprehendendi iudicibus potestatem fecerunt, tam iis, in quorum Iurisdictione degerent, quam iis, in quorum Iurisdictione delinquerent: ut quascumque in latebras se coniicerent, modo ne ex Regni finibus pedem efferrent, inde eriperentur, atque in vincula raperentur, quemadmodum lex praescribit (2). Si cuius igitur Regni leges vbiunque quis violauerit, potest intra Regni ipsius fines vbiunque comprehendendi. Rei enim persona Regi subest, adeoque etiam iudicibus eius vices gerentibus, modo in eorum Iurisdictione saltem veretur. Cuius rei cauillam cum quaefii, hanc qnam verissimam reperi iudices simul, non seorsim spectatos, utpote qui totius Regni causis iudicandis praefecti fuerint, Regis personam, ac propterea auctoritatem referre, quae non ad aliquem Regni locum contrahitur, sed aequa ad omnes longe lateque patet: hinc, cum agitur de reo comprehendendo plures inferiores Curiae, in quas vnicam suprema dirempta fuerat, in vnicam illam quodammodo rursus coalescunt;

(1) C'est par le lieu du délit que se règle principalement la compétence en matière criminelle, et cela tant à cause de la nécessité de l'exemple, et de la consolation particulière de ceux, qui ont souffert du cri.

me, que pour la plus grande facilité des preuves. Voulangt la compétence en matière criminelle, Instr. au droit crim. part. 4. chap. 2. n. 1.

(2) Ditta L. 1. Cod. ubi de crim.

66 QVAESTIO AD FORI

cunt; ut si reus hinc effugiat, illuc incidat, ac metu Rempublicam liberet.

Hoc ut opinor, tam perspicuum, et certum est, quam quod maxime. Sed vereor ne illud aequo perspicuum, et certum non sit, utrum iudici liceat extra Iurisdictionis suae fines reum comprehendere, quod Rei comprehendendi potestatem non sine exceptionibus sibi factam contra ius, fasque nimis longe prouehere videatur.

Ego quidem id non defendo licere iudici extra Iurisdictionis suae fines in quemquam manus inferre: eius enim potestas amplior esse non potest, quam Rex, qui dederit, esse voluerit; sed si quis istuc fecerit, infectum, atque irritum esse veto: Neque enim reo quicquam iniuria fit, qui ubicumque comprehendendi, accusari, damnari potest; sed iudici tantum, in cuius iurisdictionem inuaditur, vel potius Regi qui singulis iudicibus certos Iurisdictionis fines arbitratu suo descriptis (1); nihil igitur reus de iudice queri potest, abs quo captus est, et in quaestionem postulatus, ac propterea ne libertatem quidem, aut impunitatem petere: iudex tantummodo, cui in eum agere per leges licebat, contendere potest, ut ne alter index quicquam de eo decernat, sed ad se mittat: Neque vero Regem, vel Senatum ab Rege delectum sollicitum, atque anxium habere debet Iurisdictionis defectus, qui facile ab Rege ipso, vel Senatu supplebitur, si meminerint sibi licere pro libito suo cuiusque Iurisdictionem, vel coarctare, vel dilatare praesertim cum id ad publicum bonum vehementer conducit. Clarissimus Loke in sua Civili

Ad-

(1) Le criminel doit être puni, se plaindre si on lui refuse la re, et en quelque lieu qu'on veuille, stitution du delinquant qu'il a lui infliger la peine qu'il merite, droit de reclamer, & dont il ne peut pas se plaindre, veut faire injustice &c. Seigneur qu'on lui fasse une injustice en Systeme de Iurisp. Crim. chap. le punissans: Il n'y a qu'un 3. de la competence des Tribunaux.

Admin
 sente
 „publ
 „feren
 „nem
 „que
 „specl
 „tur,
 „cta
 „incon
 emitt
 tas sit
 scio, c
 sit (2)
 Bened
 lis, et
 de rei
 quide
 riae s
 qui ill
 in hyp
 sed mo
 met in
 seruan
 perpet
 pu

(1) T
 employe
 et confon
 de la So
 Gouverne
 gative
 trouve i
 Jeupole
 ou rigide
 perogati
 qui l'or
 bien po
 a été a

Administratione de Praerogatiua verba faciens in hanc sententiam scribit: „Donec huiusmodi potestas in publicum bonum impenditur, quod Ciuitas eam defens non modo spectat, verum etiam expectat, ab nemine vno ei reclamatur, vel obtrectatur. Neque enim Populus in iis, quae ad Praerogatiuam spectant magnopere morosus, aut difficilis numeratur, modo qui ea gaudent, ad finem, ad quem directa est, videlicet Ciuitatis commodo, non manifesto incommodo vtantur“ (1); nam si Rei propterea emitterentur ex custodia, et vinculis levarentur, debitas sibi poenas facillime euolarent, quo quidem haud scio, an quicquam Ciuitati perniciosius accidere possit (2). Cui sane incommodo iamdiu occurrerunt, et Benedictus XIV. Pontifex O. M. tot sublatis Ayslis, et complures Iteli Principes mutuis initis pactis de reis in custodiam vltro, citroque tradendis. Ego quidem non dubito, quin haec mea sententia contrariae sententiae Patronis paulo duriuscula videatur: qui illud clamare non desinent Rei comprehensionem in hypothesi, qua de agitur, legitimam esse non posse, sed modo illud ad extremum serio cogitent, quid ipsi met in tali re consilii caperent, si Reipublicae conservandae onus in se recepissent, quidue ut facere perpetuo soleant, qui timent, ne comprehendendi, puniendique Rei occasionem amittant, facile mecum consentient.

E INDEX.

(1) Tantis que ce pouvoir est pour le bien public, non manifestement contre ce bien la, L'ordre gouvernement civil chap. 13. de la Société, et aux fins du Gouvernement, c'est une prerogative incontestable, et on n'y trouve jamais à redire. Car le peuple n'est gueres scrupuleux ou rigide sur le point de la prerogative, pendant que ceux qui l'ont, s'en servent assez bien pour l'usage auquel elle a été destinée, c'est ne dire,

(2) Sicuti jus puniendi detinat ex necessaria Reipublicae administratione sicut: ita salutis Civitatis nihil magis repugnat, quam seelorum impunitas, sive lego ea permitta sit, sive ipso facta concedatur. Gribner. princ. jurisprud. natur. Cap. 3. §. 5. n. 1.

I N D E X.

A

- Accusatores apud Rmanos**, ne temere in alieni capitibus
discrimen irruerent, in se prius pœnæ sponsoне
vinciebant. p. 5
- Accusatorius Romanorum mos**. p. 5
- Aëtus mere interiores humanis legibus non plectun-
tur**. p. 8
- Adolescentes minores vicesimo anno ad testificandum
non admittuntur**. p. 32
- Ætas in pœnarum distributione attendenda**. p. 45
- Amici de amicis testimonium dicere legibus ve-
tantur**. p. 32
- Ampliationi locum esse non oportet**, cum de grauiori-
bus criminibus agitur, quorum suspicio, terrorque
omnem Ciuitatem peruaferit. *Nota 1.* p. 30
- Amplius**, vel *Non Ligeret* soleмne apud Romanos voca-
bulum cum caussam non satis cognitam ampliarent. 19
- Anacharsis de legibus effatum**, *Nota 3.* p. 55
- Anglia quæstionis consuetudinem antiquauit**. p. 17
- Angli Scotorum testificationes in iudiciis suis
reiiciebant**. p. 31
- Aquaе amaræ usus apud Hæbreos in adulterii
crimine**. p. 12
- Athenienes iniuratos testes reiiciebant**. p. 35
- Auctoritas Iurisconsultorum nihil facienda repug-
nante ratione**. p. 28. sq.

B

- Bayle sententia de quæstionis consuetudine a Philoso-
phis**, ac præsertim a Ioanne Greuo impro-
bata. p. 14. sq.
- Boehmeri de probationibus**, siue de testibus sen-
tentia. *Nota 1.* p. 33
- Borussia quæstionis consuetudinem antiquauit**. p. 17

C

- Causa delictum augetur**, vel minuitur. p. 43. sqq. & seqq.

Clar

Clari
Confe
fun
ma
Confe
cit c
Confe
Confe
tur.
Confe
beri
Confe
cum
aliqu
niem
Confre
Confre
ter s
Confuc
Confuc
Corpor
non
Corpor
Corpor
Corpus
De del
Delicta
Delicti
Delicti
Delicti
Delicti
Delicti
loco,
Delictu
distin
Delicti
te, v
& m

INDEX.

- Clari sententia de corporis delicti necessitate. p. 21 & 22
Confessio accusati, alizque probationes attendenda non sunt, vbi desit certum delicti corpus, si de facti permanentis delicto agatur. p. 21 & 22
Confessio cum corpore delicti coniuncta, non sufficit cuiquam reo legitime faciendo. p. 24 & 25 & seqq.
Confessio Rei falsa persæpe deprehenditur. p. 25
Confessione sola sine corpore delicti, nihil probatur. p. 10.
Confessio sola pro plena probatione a Romanis haberi non solita est. p. 25 & 26
Confessio, ut sufficiat reo legitime faciendo, non modo cum corpore delicti coniungenda est, uerum etiam aliqua alia probatione, vel clarissimis indicis munienda. p. 27
Confrontationis necessitas. p. 37
Confrontatio non tam cum reo, quam cum testibus inter se, vbi opus fuerit, fieri debet. p. 9
Consuetudo sequenda non est, vbi ratio obstat. p. 29
Consuetudines malæ tollenda. p. 60
Corporis delicti cognitio ab iudicibus saepè petenda non est. p. 22
Corporis delicti necessitas. p. 20 & seqq.
Corpo delicti delictum, non reus probatur. p. 25
Corpus delicti legitime probandum est. p. 22

D

- De delictis Stoicorum sententia. p. 39
Delicta iterata gravius punienda. p. 59
Delicti definitio. p. 8
Delicti diuisio, quoad probationes attinet. ibid.
Delicti grauitas quomodo estimanda. p. 39
Delicti siue grauitas, siue leuitas ex caussa, persona, loco, tempore, qualitate, & euentu metienda. p. 43
Delictum ab Iurisperitis in delictum, & quasi delictum distinguitur. p. 40
Delicti grauitas, non tantum ex damni illati grauitate, vel leuitate, sed etiam ex delinquentis animo, & malitia estimanda. p. 41

INDEX.

- Delicium non perfectum leuius puniendum est quam perfectum. p. 51
Delinquendi voluntas, quæ extrinsecus prodierit, punienda. p. 39
Domicilium, quod ad reum attinet quodnam sit. p. 64

E

- Exemplum mulieris iniuria damnata ob negligetam corporis delicti cognitionem. p. 23
Extrema supplicia vel miserationem, vel curiositatem excitant, vel inhumanitatem inspirant. p. 18

F

- Fili de parentibus testimonium dicere legibus videntur. p. 51
Finis Poenæ. p. 39
Fori competentia. p. 64
Furi pena capitalis constituta Romanis legibus aduersatur. p. 57
Furtis in Ciuitate multiplicatis, singuli fures grauius puniendi non sunt. p. 58

G

- Genevæ quaestio obsoleuit. p. 17
Grauitas delictorum quomodo estimanda. p. 41 & 43

H

- Hebrei antequam testes audirent eos officii sui admonebant. p. 35
Hebrei quaestione non utebantur. p. 17
Hebrei testes ad iudicia admittebant. p. 30
Heineccii exemplum de pecuniariarum poenarum inæqualitate. p. 42

I.

- Impunitas raro honestam ob caussam, et legitima potestate est concedenda. p. 54
Indicia non sufficiunt cuiquam damnando. p. 19

Indicia
minu
cio te
Indicia,
coniu
luce
Infames
Infanti
Inocent
deter
Interpr
cumst
incon
esse
Index in
est, p.
Iudices
est.
Judices,
caussi
Iudicis
Iudici
hend
Iudicis
Iudici
prola
dilig
Iudicib
de ca
licet.
Iurame
Iurame
dum.

Latroci
Leges l
lunta
Leges h

INDEX.

- am
51
ou-
39
64

am
23
em
18

an-
51.
39
64
ad-
57
ius
58

17
43

ad-
35
17
30
um
42

po-
54
19
In-

Indicia Regi sufficiunt, ut in exilium pellat reos' cri-
minum quorumque grauissimorum, quorum suspi-
cio terrorque omnem Ciuitatem peruerferit. Nota p. 30
Indicia, quae in capitalibus cauissis cum confessione
coniungi necesse est, nulli dubitationi obnoxia, et
luce clariora esse oportet. ibid.
Infames ad testificandum non admittuntur. p. 32
Infantium criminis excusabilia sunt. p. 45
Inocentis conditio in quaestione vnu Rei conditione
deterior est. p. 12
Interpretatio legum, cui attentis criminum cir-
cumstantiis locum esse oportet, reis non solum non
incommodam, sed etiam quam commodissimam
esse necessum est. p. 52
Index intra cuius iurisdictionis fines crimen commissum
est, potissimo iure gaudet agendi in reum. p. 64, seq.
Iudices in poenis repetendis aequitatem sequi necesse
est. p. 40 et seqq.
Judices, quod ad fori competentiam attinet tribus de
cauissis in reos agere possunt. p. 64. seqq,
Iudicis delictum feuerius puniendum. p. 45
Iudici extra iurisdictionis suae fines reum compre-
hendere nefas est. p. 66
Iudicis iurisdictionis legibus circumscripta. ibid.
Iudici non tam indicia ab Accusatore, siue a Fisco
prolata, quam argumenta a reo ipso se allata sunt
diligenter excutienda. Nota. p. 27
Iudicibus licet quidem poenas legibus constitutas iustis
de cauissis minuere: nullis autem de cauissis augere
licet. p. 61
Iuramentum non est exigendum a reo. Nota I. p. 56
Iuramentum non est ex omnibus promiscue exigendu-
m. ibid.

L.

- Latrocinia immixta an poenalibus legibus subsint? p. 55
Leges humanae non tantum mechanicos, sed etiam vo-
luntarios aetus in hominibus plectunt. pag. 8.
Leges humanae variandae p. 42
Leges

INDEX.

- Leges non ex verbis, sed ex verborum vi ac potestate
pendent. ibid.
Leges Romanæ quaestionis vsum improbantes. p. 13
Leges quibusnam conditae fuerint ex Anacharsis sen-
tentia. *Nota 3.* P. 55
Leges definitio. P. 38
Legum acerbitas mitiganda. P. 18
Legum interpretatione poenae mollienda potius,
quam asperandæ. *Nota 2.* P. 52
Lex ut vim suam obtineat et legitime potestate est
concedenda, et promulganda. P. 38
Locke sententia de Praerogatiua. p. 66. seqq.
Loco augetur delictum, vel imminuitur. p. 46
Locus ubi iudici in reum agere potissimum liceat,
quinam sit? P. 64
- M.
- Marciani lex de poenis repetendis p. 57
Meretriculae testimonium dicere legibus prohiben-
tur. P. 32
Mortis poena nonnisi tamquam extremum remedium
adhibendum. P. 53
Mortis poena quandonam statuenda. P. 52
Montesquieu sententia de discrimine poenarum, quae
furtis, et latrociniis constituendæ sunt. P. 59
Humanarum legum indolem mutabilem esse
docet P. 42
- P.
- Pecuniariis poenis leves tantum, ac vacuae, non item
graves, ac plenæ manus arcentur. p. 42 seqq.
Personæ ratio est habenda in poenarum applicatio-
ne. P. 44
Poenae finis. P. 39
Poenarum grauiorum, quam leges constituant, iniu-
stitia. P. 61
Poenarum pecuniariarum aequalitas locum non habet,
nisi in ea societate, ubi locum habeat bonorum ae-
qualitas. P. 42
Poenae pro variis criminum circumstantiis ab Iudice
moderandæ. P. 60
Poli.

Politice
graui
Probat
Probat
Proprie
proh
Pueri
Puffen

Quæsti
- - -
Rei int
compl
Reipubl
innoc
Romana
tes.
Romani
Romani
runt.
Romani
quam

INDEX.

- state
id.
13
en-
55
38
18
us,
52
est
38
qq.
46
eat,
64

57
en-
32
um
53
nae
59
fse
42

em
qq.
io-
44
39
iu-
61
et,
ie-
42
ice
60
oli-
- Politorum, ac Iurisperitorum sententia de delicti
grauitate. p. 42
Probationum definitio, ac diuisio. p. 5
Probatio incumbit actori. p. 10
Propinqui de propinquis testimonium dicere legibus
prohibentur. p. 32.
Pueri mitius puniendi. p. 45
Puffendorffii sententia de poenarum adplicatione. p. 44

Q.

- Quæstionis origo a Diuina Lege repeti nequit. p. 11
- - - Exitus incertus. p. 13
Quæstio Romanis legibus improbaria. ibid.
- - - in servos tantummodo usurpata. ibid.
- - - ab Hæbreis numquam usurpata. p. 17
Quæstio obsoleta in Anglia.
- - - In Borussia. ibid.
- - - Genevæ. ibid.
- - - In Suecia. ibid.
Quæstio quandonam adhibenda? p. 18 et seqq.
Qualitate delictum augetur, vel minuitur. p. 50
Quantitate delictum augetur, vel minuitur. p. 51
Quintiliani de confessione sententia. p. 26

R.

- Rei intra Regni, ubi deliquerunt, fines ubicumque
comprehendi possunt. p. 65
Reipublicæ præstat nocentem impunem dimitti, quam
innocentem puniri. p. 18
Romanæ leges quæstionis consuetudinem improban-
tes. p. 13
Romani nullius injurati testimonium admittebant. p. 55
Romani quæstionem in servos tantummodo usurpa-
runt. p. 13
Romani quæstionem tam crebro non usurparunt,
quam crebro hodie usurpatur. Nota I. p. 14.
S.

INDEX.

S

- Saturnini lex de pœnis repetendis. p. 43
Senecæ de levitate, ac gravitate delictorum sententia. p. 44
Servi de dominis testimonium dicere legibus prohibentur. p. 32
Socii criminis ad testificandum non admittuntur. ibid.
Stoicorum de delictis sententia. p. 39
Suecia quæstionis conluetudinem antiquavit. p. 17

T

- Tempore delictum augetur vel imminuitur. p. 47
Testes licet duo sufficiant alicui reo legitime damnando, & convincendo, tamen leges judicibus concedunt, ut complures audiant. p. 35
Testes quinam legibus rejiciantur. p. 31
- - quotnam esse debent. p. 33
- - jurare oportet. p. 37
Testis in re sua testari nequit. p. 10
Testis unicus attendendus non est. p. 33
Testium affirmatio reo legitime damnando non sufficit, ubi desit delicti corpus. p. 22
Testium confrontatio. p. 37
Testium fides, dignitas, mores &c. ab judice diligenter sunt attendenda. p. 31
Testium infamia quam inique quæstione purgetur. p. 32

V

- Vattel de pœnis sententia. p. 55
Voluntas delinquendi humanis pœnis non subest. p. 8
- - - - -, quæ extrinsecus prodeat punienda. p. 39



• 43
ten-
• 44
rohi-
• 32
ibid.
• 39
• 17

• 47
nan-
con-
• 35
• 31
• 33
• 37
• 10
• 33
uffi-
• 22
• 37
dili-
• 31
p. 32


55
p. 8
uni-
39

Kp 196

ULB Halle
005 481 791

3





B.I.G.

Gr. I. num. 10.
PAULIRISI

f. c.

ANIMADVERSIONES.

A D

CRIMINALEM IVRISPRVDENTIAM
PERTINENTES.

DENVO PRODEVNT

CVRA

I. C. FISCHERI

IVXTA

EXEMPLAR MEDOLANENSE

7p 196



JENAE ET LIPSIAE CICIO CC LXX.

APVD I. C. FISCHERVM